




De Aristotelis Πολιτείας Ἀθηναίων partis alterius fonte et auctoritate

scripsit

Bernhardus Bursy
cand. phil.

Jurjewi (Dorpati).
Typis expressit C. Mattiesen.
1897.


1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR


UNIVERSITY·OF·MICHIGAN

De

Aristotelis Πολιτείας Ἀθηναίων


partis alterius fonte et auctoritate

scripsit

Bernhard(us) Bursy
cand. phil.

Jurjewi (Dorpati).
Typis expressit C. Mattiesen.
1897.

Дозволено цензурою. — Юрьевъ, 19 марта 1897 г.



Memoriae

patris carissimi

Friderici Bursy

et

avunculi optimi

prof. Dr. Caroli Schmidt

has primitias sacras esse voluit



auctor pientissimus.



Praefatio.

„Illorum, qui ipsa scripta reliquerunt, honori consulendum est, non nostrae gloriolae."
L. Mendelssohn, praef. ed. Cic. epist. Lips. 1893. p. XXXI.

Priorem in partem Aristotelis[1]) de Republica Atheniensium libri saepius viri docti inquisiverunt et, unde auctor sibi comparaverit, quaecumque de rebus Atheniensium enarrat, in universum jam exploraverunt. Quae vero intercesserit ratio inter posteriorem partem et glossas per diversa lexica rhetorica dispersas, nemo fere adhuc diligentius explanavit. Multi quidem ea, quae sibi quisque usui esse putabant, inde excerpserunt. Lipsius[2]) scientiam juris attici novis locupletavit et testimoniis et sententiis. Gilbert[3]) et Busolt[4]) ut libros suos de antiquitatibus graecis publicis retractarent, necesse erat. Alii ad singulas quaestiones dijudicandas felici eventu in Aristotelis auctoritate niti poterant. Kaibel[5]) pleno doctoque commentario etiam alteram operis partem illustravit et ei sententiae, quam veram esse mihi persuasi, interdum[6]) proxime

1) In charta Londinensi genuinum nobis opus Aristoteleum esse donatum non est, quod dicam. Qui hoc olim negaverant, obmutuerunt; qua re sententiam suam jam non a se ipsis probari concesserunt. Usus sum editione Kaibelii et Wilamowitzii priore a. 1891 et, ubicumque res postulabat, alias, in primis Blassianam alteram a. 1895, inspiciebam.

2) Berichte über die Verhandlungen der kgl. sächs. Gesellsch. d. Wiss. phil.-hist. Cl. 1891. p. 41 sq.

3) Handbuch der griech. Staatsalterthümer I² 1893.

4) Griech. Staats- und Rechtsalterthümer² 1892 = Handb. der klass. Alterthumswiss. IV. 1, 1.

5) Stil u. Text der πολιτεία Ἀθηναίων des Aristoteles. Berl. 1893.

6) l. l. p. 237, 245.

accessit. Cui cum non omnes glossae simul ante oculos versatae essent neque hanc peculiarem quaestionem tractare propositum esset, rem bene incohatam usque ad finem ut perageret, non contigit. Wilamowitz [1]) denique sagacissime et consilium et fontes et auctoritatem totius operis Aristotelei perscrutatus est. Neque opinor, quas sententias vir doctissimus de priore parte protulerit, labefactari posse. Sed studio Atthidis illius ex Aristotele restituendae incitatus est, ut hanc ultra fines indagaret atque etiam in posteriore parte requireret. Cui opinioni cum equidem assentiri non possim, Schöffero [2]) non concedam, disputationem de ratione, quae intercedat inter Aristotelem et lexicographos graecos, institutam majoris esse momenti ad hos pernoscendos quam ad illum. Si enim sententia Wilamowitziana, Aristotelem in altera quoque parte libro litteris edito usum esse, stare non possit et verum sit, auctorem ad fontes integerrimos, leges ipsas, recurrere, hoc summi esse momenti ad auctoritatem opusculi juste perpendendam nemo est, qui ignoret. Eadem observatio haud scio an adjuvet, ut contorta illa de fontibus Pollucis, Harpocrationis, lexicorum rheticorum quaestio paullulum enodetur. Quicumque enim antehac sibi has res perquirendas elegerunt: Stojentin [3]), Boysen [4]), Cohn [5]), alii, hoc pretioso novo fonte etiamtunc egebant. Itaque quae fuerit huius fontis auctoritas apud posteros scriptores, divinare tantum poterant. Nunc apparet, Aristotelis Rempublicam Atheniensium diligentius lectitatam et latius pervulgatam fuisse quam quisquam putaret. Quae postquam animadverti, jam statim mihi hanc provinciam seposui et in rem pertricatam, quantum possem, penetrare studui. Quo facto cognovi a Schöffero [6]) similem

---

1) Aristoteles und Athen I. II. Berl. 1893.
2) Burs. Jhber. 1895. Bd. 83. p. 220.
3) De Julii Pollucis in publicis Atheniensium antiquitatibus enarrandis auctoritate. Vratisl. 1875.
4) De Harpocrationis lexici fontibus quaestiones selectae in: Schriften der Universität zu Kiel a. d. Jahre 1876 Bd. XXIII. Kiel 1877.
5) Untersuchungen über die Quellen der Plato-Scholien in: Jahrbb. f. class. Philol. Suppl. Bd. XIII. 1884. p. 826.
6) Burs. Jhber. 1895. Bd. 83. p. 220.

rem iis, qui his studiis operam daturi essent, in publico propositam esse. Viri docti et amici verba fiduciam meam, aliquid et novi et certi tali quaestione evinci posse, augebant neque spes me fefellit. Conscius vero mihi sum, me non totum fontem funditus exhausisse et multa superesse neque satis explorata neque satis firmis argumentis fulta. Quae me aliquando suppleturum esse spero, si modo judices graves, quae nunc disputaverim, non nimis falso tractata esse censuerint. Tum fortasse fieri poterit, ut eae quoque glossae, quas ab auctoritate Aristotelis alienas ex hac dissertatione secluserim, auctori suo legitimo reddantur et, unde potissimum lexicographi veterem doctrinam mutuati sint, melius intellegatur.

Hic mihi non supervacaneum esse videtur annotare, quos lexicographos scholiastasque praeter Pollucem (rec. Imm. Bekker. Berol. 1846) et Harpocrationem (rec. G. Dindorf. Oxonii 1853) adhibuerim et quales editiones mihi praesto fuerint. Quibus scriptis percurrendis oleum et operam perdiderim, enarrare supersedeo. Lexica non sine aliquo fructu perscrutatus sum haec: Hesychii (rec. Maur. Schmidt. Lips. 1860—1864), Photii (rec. S. A. Naber. Leidae 1864—1865), Suidae (rec. G. Bernhardy. Halle-Braunschw. 1852—1853), Timaei (rec. D. Ruhnken Lugd. 1789), Zonarae (ed. Joh. Tittmann. Lips. 1808), Cantabrigiense (ed. Aug. Nauck post lex. Vind. Petrop. 1867. p. 329—358), Demosthenicum Patmiacum (ed. Sakkelion in: Bull. de corr. hell. I. 1877. p. 10—16. 137—155), Segueriana IV. V. VI. (ed. Imm. Bekker: Anecdota graeca I. p. 181—476). Scholiorum corpora, quae a me pervolutata sunt, haec fuerunt: Aeschinis (ed. Ferd. Schultz. Lips. 1865), Aristophanis (ed. Fr. Dübner Par. 1842), Demosthenis (ed. J. Hunziker. Par. 1858), Luciani (ed. C. Jacobitz in ed. Luc. vol. IV p. 35—268), Platonis (ed. Fr. Dübner Par. 1873).

Restat, ut praeceptoribus meis gratias agam debitas. Almae matres Heidelbergensis et Lipsiensis, per annum utraque, tironem benigne receperunt et eruditiorem patriae reddiderunt. Quas scholas et Heidelbergae et Lipsiis frequentaverim, enumerare nolo. Studiosum philologiae vere

De

Aristotelis Πολιτείας Ἀθηναίων

partis alterius fonte et auctoritate


scripsit

Bernhard(us) Bursy
cand. phil.



Jurjewi (Dorpati).
Typis expressit C. Mattiesen.
1897.

Дозволено цензурою. — Юрьевъ, 19 марта 1897 г.



Memoriae

patris carissimi

Friderici Bursy

et

avunculi optimi

prof. Dr. Caroli Schmidt

has primitias sacras esse voluit



auctor pientissimus.



Praefatio.

„Illorum, qui ipsa scripta reliquerunt, honori consulendum est, non nostrae gloriolae."
L. Mendelssohn, praef. ed. Cic. epist. Lips. 1893. p. XXXI.

Priorem in partem Aristotelis[1]) de Republica Atheniensium libri saepius viri docti inquisiverunt et, unde auctor sibi comparaverit, quaecumque de rebus Atheniensium enarrat, in universum jam exploraverunt. Quae vero intercesserit ratio inter posteriorem partem et glossas per diversa lexica rhetorica dispersas, nemo fere adhuc diligentius explanavit. Multi quidem ea, quae sibi quisque usui esse putabant, inde excerpserunt. Lipsius[2]) scientiam juris attici novis locupletavit et testimoniis et sententiis. Gilbert[3]) et Busolt[4]) ut libros suos de antiquitatibus graecis publicis retractarent, necesse erat. Alii ad singulas quaestiones dijudicandas felici eventu in Aristotelis auctoritate niti poterant. Kaibel[5]) pleno doctoque commentario etiam alteram operis partem illustravit et ei sententiae, quam veram esse mihi persuasi, interdum[6]) proxime

1) In charta Londinensi genuinum nobis opus Aristoteleum esse donatum non est, quod dicam. Qui hoc olim negaverant, obmutuerunt; qua re sententiam suam jam non a se ipsis probari concesserunt. Usus sum editione Kaibelii et Wilamowitzii priore a. 1891 et, ubicumque res postulabat, alias, in primis Blassianam alteram a. 1895, inspiciebam.

2) Berichte über die Verhandlungen der kgl. sächs. Gesellsch. d. Wiss. phil.-hist. Cl. 1891. p. 41 sq.

3) Handbuch der griech. Staatsalterthümer I² 1893.

4) Griech. Staats- und Rechtsalterthümer² 1892 = Handb. der klass. Alterthumswiss. IV. 1, 1.

5) Stil u. Text der πολιτεία Ἀθηναίων des Aristoteles. Berl. 1893.

6) l. l. p. 237, 245.

accessit. Cui cum non omnes glossae simul ante oculos versatae essent neque hanc peculiarem quaestionem tractare propositum esset, rem bene incohatam usque ad finem ut perageret, non contigit. Wilamowitz[1]) denique sagacissime et consilium et fontes et auctoritatem totius operis Aristotelei perscrutatus est. Neque opinor, quas sententias vir doctissimus de priore parte protulerit, labefactari posse. Sed studio Atthidis illius ex Aristotele restituendae incitatus est, ut hanc ultra fines indagaret atque etiam in posteriore parte requireret. Cui opinioni cum equidem assentiri non possim, Schöffero[2]) non concedam, disputationem de ratione, quae intercedat inter Aristotelem et lexicographos graecos, institutam majoris esse momenti ad hos pernoscendos quam ad illum. Si enim sententia Wilamowitziana, Aristotelem in altera quoque parte libro litteris edito usum esse, stare non possit et verum sit, auctorem ad fontes integerrimos, leges ipsas, recurrere, hoc summi esse momenti ad auctoritatem opusculi juste perpendendam nemo est, qui ignoret. Eadem observatio haud scio an adjuvet, ut contorta illa de fontibus Pollucis, Harpocrationis, lexicorum rheticorum quaestio paullulum enodetur. Quicumque enim antehac sibi has res perquirendas elegerunt: Stojentin[3]), Boysen[4]), Cohn[5]), alii, hoc pretioso novo fonte etiamtunc egebant. Itaque quae fuerit huius fontis auctoritas apud posteros scriptores, divinare tantum poterant. Nunc apparet, Aristotelis Rempublicam Atheniensium diligentius lectitatam et latius pervulgatam fuisse quam quisquam putaret. Quae postquam animadverti, jam statim mihi hanc provinciam seposui et in rem pertricatam, quantum possem, penetrare studui. Quo facto cognovi a Schöffero[6]) similem

---

1) Aristoteles und Athen I. II. Berl. 1893.
2) Burs. Jhber. 1895. Bd. 83. p. 220.
3) De Julii Pollucis in publicis Atheniensium antiquitatibus enarrandis auctoritate. Vratisl. 1875.
4) De Harpocrationis lexici fontibus quaestiones selectae in: Schriften der Universität zu Kiel a. d. Jahre 1876 Bd. XXIII. Kiel 1877.
5) Untersuchungen über die Quellen der Plato-Scholien in: Jahrbb. f. class. Philol. Suppl. Bd. XIII. 1884. p. 826.
6) Burs. Jhber. 1895. Bd. 83. p. 220.

rem iis, qui his studiis operam daturi essent, in publico propositam esse. Viri docti et amici verba fiduciam meam, aliquid et novi et certi tali quaestione evinci posse, augebant neque spes me fefellit. Conscius vero mihi sum, me non totum fontem funditus exhausisse et multa superesse neque satis explorata neque satis firmis argumentis fulta. Quae me aliquando suppleturum esse spero, si modo judices graves, quae nunc disputaverim, non nimis falso tractata esse censuerint. Tum fortasse fieri poterit, ut eae quoque glossae, quas ab auctoritate Aristotelis alienas ex hac dissertatione secluserim, auctori suo legitimo reddantur et, unde potissimum lexicographi veterem doctrinam mutuati sint, melius intellegatur.

Hic mihi non supervacaneum esse videtur annotare, quos lexicographos scholiastasque praeter Pollucem (rec. Imm. Bekker. Berol. 1846) et Harpocrationem (rec. G. Dindorf. Oxonii 1853) adhibuerim et quales editiones mihi praesto fuerint. Quibus scriptis percurrendis oleum et operam perdiderim, enarrare supersedeo. Lexica non sine aliquo fructu perscrutatus sum haec: Hesychii (rec. Maur. Schmidt. Lips. 1860—1864), Photii (rec. S. A. Naber. Leidae 1864—1865), Suidae (rec. G. Bernhardy. Halle-Braunschw. 1852—1853), Timaei (rec. D. Ruhnken Lugd. 1789), Zonarae (ed. Joh. Tittmann. Lips. 1808), Cantabrigiense (ed. Aug. Nauck post lex. Vind. Petrop. 1867. p. 329—358), Demosthenicum Patmiacum (ed. Sakkelion in: Bull. de corr. hell. I. 1877. p. 10—16. 137—155), Segueriana IV. V. VI. (ed. Imm. Bekker: Anecdota graeca I. p. 181—476). Scholiorum corpora, quae a me pervolutata sunt, haec fuerunt: Aeschinis (ed. Ferd. Schultz. Lips. 1865), Aristophanis (ed. Fr. Dübner Par. 1842), Demosthenis (ed. J. Hunziker. Par. 1858), Luciani (ed. C. Jacobitz in ed. Luc. vol. IV p. 35—268), Platonis (ed. Fr. Dübner Par. 1873).

Restat, ut praeceptoribus meis gratias agam debitas. Almae matres Heidelbergensis et Lipsiensis, per annum utraque, tironem benigne receperunt et eruditiorem patriae reddiderunt. Quas scholas et Heidelbergae et Lipsiis frequentaverim, enumerare nolo. Studiosum philologiae vere

philologum fieri non scholis publicis sed quam privatissimis audiendis omnes gregis nostri socii non negabunt. Quam ob rem facere non possum, quin me discipulum scholae etiamtunc Dorpatensis esse profitear. Item grato animo grataque memoria semper tenebo, me non solum, dum civis academicus essem, sed multo magis, postquam examen ad gradum candidati obtinendum feliciter superassem, crebris sermonibus a praeceptoribus meis adjutum itaque paullatim μεμυημένον factum esse. Leo Meyer elementis artis grammaticae comparandae, quibus nemo philologus carere potest, nos imbuere studebat. Georgius Loeschcke, nunc Bonnensis, ipse amore totius antiquitatis penitus incensus similem amorem mirum quantum in animis juvenum excitabat. Ludovicus Mendelssohn, artis criticae peritissimus, legis illius praeclarae ‚νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν' ne obliviscеremur, semper curabat. Guilelmus Hoerschelmann, interpres scriptorum veterum cum sagacissimus tum elegantissimus, quomodo in verba tradita inquirendum esset, nos edocebat. Itaque scholae Boeckhiana et Hermanniana in universitate nostra familiarissime inter sese concertabant.

L. Meyerum et G. Loeschckium, viros doctissimos, quos etiamnunc valere summopere gaudeo, rogo, ut gratiam meam quam maximam benevole accipiant. Memoriam vero L. Mendelssohni et G. Hoerschelmanni, quos praematuram mortem obiisse nos, discipuli, una cum philologia maeremus, semper me pio animo veneraturum esse polliceor.

Fautori huius opusculi, Josepho Lezio, professori universitatis Kioviensis Sti Vladimiri, aeque ac socio laboris in plagulis corrigendis, Arthuro Brockio, sodali amicissimo, gratiam, quam coram reddidi, hoc loco repetere volo.

Scribebam Kioviae
ineunte mense Februario
a. 1897.

Caput I.

Fontem partis posterioris libelli Aristotelei de Republica Atheniensium non Atthidem neque ullum librum litteris editum fuisse sed leges ipsas, probatur.

Inter omnes constat, Aristotelem in priore sui de Republica Atheniensium libelli parte Atthide, quae dicitur, fonte uberrime usum esse. Eiusdem, vel dicam, multo majoris est momenti, in posteriore huius operis parte **leges** a scriptore ad describendum reipublicae statum, qualis tum esset, in usum collatas esse. Quod utrumque demonstravisse et, quantum id valeret ad enarrationem Aristoteleam recte aestimandam, certa ratione definivisse Wilamowitz sibi summo jure honori ducere potest.

Lex [Dem.] 43. 75 inserta, qua munera archontis eponymi describuntur, quantopere cum Aristot. Republ. Athen. 56 in primis sub finem capitis congruat, nemo est, quin videat [1]).

[Dem.] 43. 75 [2]).	**Arist. 56. 7.**
ὁ ἄρχων ἐπιμελείσθω τῶν ὀρφανῶν καὶ τῶν ἐπικλήρων καὶ τῶν οἴκων τῶν ἐξερημουμένων	ἐπιμελεῖται δὲ καὶ τῶν ὀρφανῶν καὶ τῶν ἐπικλήρων

---

1) Cf. Wilamowitz, Aristot. und Athen. I. p. 259.

2) [Dem.] 35. 48 officia archontis sic in artum collegit: *οὐκοῦν ἐπικλήρων καὶ ὀρφανῶν καὶ τοκέων τῷ ἄρχοντι προςτέτακται ἐπιμελεῖσθαι;*

καὶ τῶν γυναικῶν, ὅσαι μένουσιν ἐν τοῖς οἴκοις τῶν ἀνδρῶν τῶν τεθνηκότων φάσκουσαι κυεῖν · τούτων ἐπιμελείσθω καὶ μὴ ἐάτω ὑβρίζειν μηδένα περὶ τούτους. ἐὰν δέ τις ὑβρίζῃ ἢ ποιῇ τι παράνομον, κύριος ἔστω ἐπιβάλλειν κατὰ τὸ τέλος. ἐὰν δὲ μείζονος ζημίας δοκῇ ἄξιος εἶναι, προςκαλεσάμενος πρόπεμπτα καὶ τίμημα ἐπιγραψάμενος, ὅ τι ἂν δοκῇ αὐτῷ, εἰςαγέτω εἰς τὴν ἡλιαίαν. ἐὰν δ' ἁλῷ, τιμάτω ἡ ἡλιαία περὶ τοῦ ἁλόντος, ὅ τι χρὴ αὐτὸν παθεῖν ἢ ἀποτεῖσαι.	καὶ τῶν γυναικῶν, ὅσαι ἂν τελευτήσαντος τοῦ ἀνδρὸς σκήπτωνται κυεῖν. καὶ κύριός ἐστι τοῖς ἀδικοῦσιν ἐπιβάλλειν ἢ εἰςάγειν εἰς τὸ δικαστήριον.

Apparet Aristotelem hoc loco nobis nihil aliud nisi summarium istius legis praebere.

Similem consensum inter Aristotelis legisque verba videmus, si quaestiones, novem archontibus ante ineunda munera in senatu positas, quales ab Aristotele tradantur, comparamus cum illis, quas oratores attici Demosthenes et Dinarchus orationibus suis intexuerunt. Ibi e contrario Aristoteles contextum legibus praescriptum integriorem et pleniorem servasse videtur, oratores vario modo ad sua quisque commoda verba commutaverunt.

Arist. 55. 3.	**Dinarch. 2. 17[1]).**	**Demosth. 57. 67. sq.**
I τίς σοι πατὴρ καὶ πόθεν τῶν δήμων καὶ	I τίς ἐστι τὸν ἴδιον τρόπον;	§ 67 τίς ἦν σοι πατήρ;

1) Dinarchus non solum *ἄρχοντας* sed omnes *τοὺς τῶν κοινῶν τι μέλλοντας διοικεῖν* interrogari facit. At cum quaestiones eaedem fuerint, locus ad comparandum afferri potest. Xenophon Mem. II. 2, 13 quartam tantum quaestionem respicit.

τίς πατρὸς πατὴρ καὶ τίς μήτηρ καὶ τίς μητρὸς πατὴρ καὶ πόθεν τῶν δήμων;		§ 68 τὰ δὲ περὶ τῆς μητρὸς ἀκούσατε.
II[1]) εἰ ἔστιν αὐτῷ Ἀπόλλων πατρῷος καὶ Ζεὺς ἑρκεῖος;		Loco harum quaestionum apud Dem. § 67 et 68 invenimus subtiliorem variorum testium explanationem.
III καὶ ποῦ ταῦτα τὰ ἱερά ἐστιν;	IV εἰ ἱερὰ πατρῷ' ἔστιν;	
IV εἶτα ἠρία εἰ ἔστιν καὶ ποῦ ταῦτα;		
V ἔπειτα γονέας εἰ εὖ ποιεῖ;	II εἰ γονέας εὖ ποιεῖ;	§ 70 εἰ γονέας εὖ ποιοῦσιν;
VI καὶ τὰ τέλη εἰ τελεῖ;	V εἰ τὰ τέλη τελεῖ;	
VII καὶ τὰς στρατείας εἰ ἐστράτευται;	III εἰ τὰς στρατείας ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐστράτευται;	
VIII ταῦτα δ'ἀνερωτήσας, κάλει, φησίν, τούτων τοὺς μάρτυρας.		§ 67 οἰκεῖοί τινες εἶναι μαρτυροῦσιν αὐτῷ; § 68 ταύτης τίνες οἰκεῖοι μαρτυροῦσι;

Alium ex alio non pendere ne cogitari quidem licet. Immo ad eum quisque recurrit fontem, qui omnibus aeque praesto erat, ad legem tabulis inscriptam.

Quibus de criminibus in Areopago jus dictum sit, Aristoteles eisdem fere verbis enarrat, quibus lex ipsa usa est.

---

1) Quae quaestio paullo plenior in fragm. Dinarchi contra Moschionem orationis apud Harpocrationem s. v. *ἕρκειος Ζεύς* = frg. Dinarchi 82 exstat, neque vero ad *θεσμοθετῶν ἀνάκρισιν* sed ad *διαψήφισιν δημοτῶν* pertinet. Similia spectat frg. Cratini junioris apud Athen. XI 460 F. (frg. 9 Kock).

Aristot. 57. 3.	Dem. 23. 24.
εἰσὶ δὲ φόνου δίκαι καὶ τραύματος, ἂν μὲν ἐκ προνοίας ἀποκτείνῃ ἢ τρώσῃ, ἐν Ἀρείῳ πάγῳ καὶ φαρμάκων, ἐὰν ἀποκτείνῃ δούς, καὶ πυρκαιᾶς· ταῦτα γὰρ ἡ βουλὴ μόνα δικάζει.	γέγραπται γὰρ ἐν μὲν τῷ νόμῳ „τὴν βουλὴν δικάζειν φόνου καὶ τραύματος ἐκ προνοίας καὶ πυρκαϊᾶς καὶ φαρμάκων, ἐάν τις ἀποκτείνῃ δούς.“

De undecimviris similia sunt, quae Aristoteles, Aeschines c. Timarch., ps. Dem. c. Lacrit. praebent[1]).

Aristot. 52. 1.	Aesch. I. 91.	[Dem.] 35. 47.
καὶ τοὺς ἀπαγομένους κλέπτας καὶ τοὺς ἀνδραποδιστὰς καὶ τοὺς λωποδύτας,	τίς γὰρ ἢ τῶν λωποδυτῶν ἢ τῶν κλεπτῶν ἢ τῶν μοιχῶν ἢ τῶν ἀνδροφόνων ἢ τῶν τὰ μέγιστα μὲν ἀδικούντων, λάθρα δὲ τοῦτο πραττόντων δώσει δίκην; καὶ γὰρ τούτων οἱ μὲν ἐπ' αὐτοφώρῳ ἁλόντες,	ἀλλὰ τοιχωρύχους καὶ κλέπτας καὶ τοὺς ἄλλους κακούργους
ἂν μὲν ὁμολογῶσι, θανάτῳ ζημιώσοντας, ἂν δ' ἀμφισβητῶσιν, εἰςάξοντας εἰς τὸ δικαστήριον.	ἐὰν μὲν ὁμολογῶσι, παραχρῆμα θανάτῳ ζημιοῦνται, οἱ δὲ λαθόντες καὶ ἔξαρνοι γενόμενοι κρίνονται ἐν τοῖς δικαστηρίοις.	τοὺς ἐπὶ θανάτῳ οὗτοι εἰςάγουσιν.

Leges ab Aristotele aut aperte laudantur in posteriore operis parte cf. cap. 45. 1, 47. 1, 48. 1, 49. 4, 51. 1, 3, 53. 5, 6,

1) Ex Lys. 10. 10 efficitur, in lege *λωποδύτας* et *ἀνδραποδιστάς*, ex Antiphonte de caed. Herod. 9 *κλέπτας* et *λωποδύτας* diserte nominatos esse. Additamenta Kaibelii et Wilamowitzii (ed. II.) post verba *ἀπαγομένους*: [*κακούργους τούς τε*] cum Blassio (ed. II.) sprevi cf. infra cap. II. § 1.

60. 2, aut collatis aliorum scriptorum veterum testimoniis certa via effici possunt cf. cap. 54. 2 collato Din. 2. 17, qui legem nominat, cap. 56. 3 collata lege apud Aesch. 1. 12 tradita, cf. Harp. s. v. ὅτι νόμος ἐστίν aut summa cum probabilitate e genere totius enarrationis restitui possunt: cf. cap. 51. 4 (τούτοις δὲ — sc. τοῖς ἐμπορίου ἐπιμεληταῖς — προςτέτακται), cap. 54. 1 (ὁδοποιοὺς πέντε, οἷς προςτέτακται). Nihil interest, additamentum ὑπὸ τῶν νόμων vel simile hic deesse, alibi velut cap. 51. 1 exstare (τούτοις δὲ — sc. τοῖς ἀγορανόμοις — ὑπὸ τῶν νόμων προςτέτακται). Cap. 61. 2 et pag. XXXIV. 21/22 (ed. Blass. II.) formula τιμῶσιν ὅ τι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτεῖσαι sescenties in legibus occurrit e. gr. [Dem.] 43. 75. Verba ἐπιβολὴν ἐπιβάλλειν ab Aristotele saepius adhibentur cap. 61. 2, 56. 7, quocum conferas quaeso CJA II. 573^{b} ἐπιβολὴν ἐπιβαλόντα τὸν δήμαρχον εἰςάγειν εἰς τὸ δικαστήριον. Lex Solonis Plut. Sol. 19 μηδὲν ἐᾶν ἀπροβούλευτον εἰς ἐκκλησίαν εἰςφέρεσθαι verbis paullulum tantum commutatis apud Aristot. 45. 4 legitur. Formulae, quae nobis ex inscriptionibus notae sunt, velut ὅ τι ἂν γνῶσιν οἱ δικασταί, τοῦτο κύριον ἔστω cap. 45. 1, 48. 5, καὶ γνώμας ἐπιψηφίζουσιν, ἐάν τίς τι δοκῇ ἀδικεῖν cap. 48. 2, aliae paene in unaquaque plagula huius posterioris partis nobis occurrunt.

Hinc praesertim intellegitur jejunus inconditusque sermo Aristotele philosopho indignus [1]). Quae indicia, aliqua ex parte a Wilamowitzio et ab aliis viris doctis inventa, facile etiamnunc augeri possunt.

Etiam hoc Wilamowitzio lubenter concedemus, totum statum reipublicae Atheniensium non descripsisse Aristotelem, qualem invenerit in fonte, hoc est in legibus, sed diligenter annotasse, quae lex etiamtunc valeret, quae jam sublata et

---

1) Kaibel, Stil und Text der *πολιτεία Ἀθηναίων* des Aristoteles. Berlin 1893. p. 14: „Unleugbar also ist es, dass im zweiten Theil mehr Hiate zugelassen worden sind, als im ersten". Blass, ed. II. p. XVI: ‚Tota pars extrema inde a cap. 63 sive 62, in qua de judiciis maxime scriptor agit, e legis (sc. compositionis) vinculo exempta est'.

irrita facta esset. Ipse scriptor apertis verbis saepius suum tempus praeterito opposuit cf. 45. 1, 3, 49. 3, 53. 1, 55. 1, 56. 3 (πρότερον-νῦν). Unde elucet, auctorem non sine judicio fonte suo usum esse.

Neque quisquam dubitabit Wilamowitzio assentiri, qui probet Aristotelem in hac parte leges adhibitas contraxisse et saepe taedio vel alia causa commotum officia singulorum magistratuum non usque ad finem persecutum esse. Quod apparet in primis tribus locis: cap. 49. 5 ubi munera senatus, quae describenda ei restabant, his verbis transigit: συνδιοικεῖ δὲ καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρχαῖς τὰ πλεῖσθ', ὡς ἔπος εἰπεῖν[1]), cap. 57. 1 ubi taedio captus non omnes enumerat dies sollemnes et ludos, quibus archon rex praeesse debet, sed his verbis perorat: ὡς δ' ἔπος εἰπεῖν τὰς πατρίους θυσίας διοικεῖ οὗτος πάσας[2]), cap. 58. 3 ubi officia polemarchi similiter conficit: καὶ τἄλλ' ὅσα τοῖς πολίταις ὁ ἄρχων, ταῦτα τοῖς μετοίκοις ὁ πολέμαρχος.

Quibus in rebus si Wilamowitz acquievisset, neminem, puto, adversarium haberet et, quicumque huic operis Aristotelei parti operam navarent, libenter probarent id, quod Wilamowitz l. l. I p. 257 dicit: Haec res est summi momenti, certum et firmum exstitisse totius memoriae fundamentum: leges ipsas. Quicumque sermonis inscriptionum non imperitus est, non dubius haerebit, quantum sibi ad leges referendum sit. Aristoteles sine dubio aut sibi exemplum aliquod comparare aut praecepta, quae tum vigerent, inde petere potuit, ubicumque ei placebat. Omnes patroni et oratores ad causas defendendas legibus carere non potuerunt. Quarum legum exempla Athenis multa fuisse credendum est praeter tabulas, aeri incisas et per urbem multis locis positas, quae quidem partes tantum singulas, non totam legem complecterentur.

Sed dubito, num quis virum doctum ultra secuturus sit, idem dubito, num cuiquam praeter se ipsum persuaserit, Aristo-

---

1) cf. Wilamowitz l. l. I p. 215.

2) cf. Wilamowitz l. l. I p. 251.

telem in hac quoque parte fonte litteris mandato usum esse eumque fuisse Atthidem aeque atque in priore libelli parte, ita ut leges non ipsas sed per hunc auctorem, jam literis fixas, acceperit. Quod ut statueret, mihi quidem ea re perductus esse videtur, quod veram suam sententiam, quantum ad priorem partem pertinet, paullo temerius etiam posteriori parti accommodare studuit. Mihi quidem persuasum est, scriptorem nostrum a cap. 42 usque ad finem paene totum **e legibus ipsis** pendere et, quaecumque apud grammaticos lexicographosque posteriorum saeculorum legimus, non e fonte Aristoteli aequali aut antiquiore hausta esse, sed ex Aristotele solo, scilicet multis variisque scriptoribus intercedentibus, qui alia verba adderent, alia omitterent. Quod si verum est, quid valeat ad auctoritatem posteriorum scriptorum juste perpendendam, nemo est, qui non intellegat.

Wilamowitz ipse multis locis non satis fidenter loquitur: I p. 244 ann. 119 ‚Zuversichtlich rede ich nicht‘ et I p. 257 ‚ich hüte mich wohl mit dem Namen Androtion oder anderen zu spielen‘; hunc Aristotelis fontem modo generatim significat: I p. 257 ‚eine schriftliche Verarbeitung‘, I p. 259 ‚ein unbekannter Vermittler‘, I p. 226 ‚eine fremde Darstellung‘, I p. 210, eine ältere Darstellung der Verfassung‘, I p. 214 ‚eine ältere Darstellung der Rathsbefugnisse‘, I p. 216 ‚eine schriftlich fixirte Behandlung‘, I p. 234 ‚ein bereits geformter Stoff‘; modo apertius nominat Atthidem: I p. 257 ‚Das dagegen ist eine Hauptsache von ebenso grundlegender Bedeutung wie die Würdigung der attischen Chronik es für die Geschichte ist, dass Aristoteles auch hier im Zusammenhange mit den Berichten der Atthidographen benutzt werden muss, von denen er abhängt‘ et I p. 226 ‚Aristoteles ist also in seiner Schilderung beeinflusst von einer fremden Darstellung, und diese ist nicht Philochoros, auf den Harpokration hinweist, sondern der ebenso von Philochoros wie vorher von Aristoteles benutzte Atthidograph. Das Verhältniss Beider ist hier in der Darstellung der Verfassung kein anderes, als wir es in der Erzählung der Geschichte gefunden haben.‘ Quamquam ipse alio loco I p. 258 Aristotelem sibi exempla legum acquirere potuisse concedit. Praeterea sibi ipsi non sem-

per constare videtur: I p. 295 sq. efficit Pollucem VIII. §§ 86—91 Aristotele ipso usum esse, quem I p. 257 ann. 150 e fonte eiusdem praestantiae ab auctore Onomastici suppletum esse credit: at I p. 47 collata ann. 11 statuit, hunc ipsum Pollucem eodem loco non fontem suum Aristotelem auctum rebus aliunde petitis reddere, sed fontem eundem a Polluce diligentius quam ab Aristotele excerptum esse. I p. 255 ann. 146 glossae lex. Seg. V 309, 32 sq. parem Aristotelis verbis auctoritatem attribuit eamque ‚Parallelüberlieferung' nominat: at I p. 295 dicit, se cognovisse, magistratuum judiciorumque descriptionem, quam hoc lexicon ipsum nobis praeberet, singulas in glossas divulsam in Aristotele fonte niti.

Quae cum ita sint, mihi non supervacaneum esse videtur, causas, quae Wilamowitzium commoverunt, ut praeter Aristotelem alterum testem poneret, disquirere et perscrutari, num re vera Aristoteles ullo scriptore in hac operis parte usus sit.

§ 1. Locus Et. M. 369. 15 e duabus glossis compositus est, cf. lex. Seg. V. 245. 17 + lex. Dem. Patm. p. 15|16 ad § 103.

Ac primum quidem Wilamowitz[1]) offendit in cap. 53 Aristotelei libri, ubi de διαιτηταῖς disputatur et diserte annotatur, duo fuisse Athenis genera eponymorum: φυλῶν unum, alterum ἡλικιῶν. Qui Aristotelis libellum usque ad hunc locum perlegisset, ei illos ἐπωνύμους φυλῶν nequaquam ignotos esse, quos suo loco, cum de Clisthene disputaret, commemoravisset (cap. 21. 6) et quomodo a Pythia Delphica e centum propositis heroum nominibus electi essent, longius narravisset. Hos ipsos etiam paullo ante (cap. 48. 4) attulisse, et paullo post in eodem capite (53. 4) nullo additamento discriminis adjuncto eorundem mentionem facere. At loco altero et tertio Aristoteles vocem ἐπώνυμοι sic usurpavit, ut **locum certum**

1) l. l. I p. 225.

significaret. Εὔθυνοι enim cum ministris suis apud suum quisque vel suae quisque tribus eponymum considunt, ubi per tres dies cuilibet civi in magistratum, munere abeuntem, actionem instituere licebat (cap. 48. 4), et album epheborum atticorum aeri incisum ante senatum prope statuas eponymorum situm est (cap. 53. 4 [1]). Utrum genus utroque loco intellegendum esset, nemini Atheniensium civium dubium esse potuit, quia unus sic appellabatur locus ibique decem tantum statuae positae erant. His autem, hominibus graecis, non nobis, Aristoteles sua scripsit. Primo loco cum uberius de creandis illis tribuum eponymis disputasset, nostro loco paucis rem absolvere poterat; atque absolvit. Sed discrimen utriusque generis omnino silentio praeterire nulla ratione potuit, siquidem propositum habuit exponere, unde cognosceretur, quis sexaginta annos natus esset. Fac enim, Aristotelem enuntiatum prius ἐπώνυμοι δέκα μὲν οἱ τῶν φυλῶν omisisse statimque sic fere, enuntiato antecedente finito, perrexisse: εἰσὶ γὰρ ἐπώνυμοι δύο καὶ τετταράκοντα τῶν ἡλικιῶν. Nonne tum jure admiraremur, cur scriptor hoc novum genus ἐπωνύμων sine ulla interpretatione induxisset? Nonne jure interrogaremus: estne tertium genus eponymorum aut quartum aut quintum? Ut res nunc sese habet, omnia dilucida sunt. Aristoteles incipit a quadragintaviris ibique saepius diaetetorum mentionem facere debuit, quam ob rem decrevit nunc de his disserere. Qua in re ei placuit mirum illum modum exponere, unde cognosceretur, cuinam e civibus aetas ad hoc munus subeundum necessaria esset. Quod cum e tabulis ἡλικιῶν ἐπωνύμων pateret, facere non potuit, quin horum meminisset. Inde secuta est annotatio brevissima de discrimine utriusque ἐπωνύμων generis. Neque diutius, quam necesse erat, moratus discrimine paucis verbis notato statim ad enarrationem interruptam revertitur. Facillime hodie quispiam melius verba componat, sed tradita verba

---

1) Sic e. gr. Dem. 20. 94, 24. 18, 23 (in lege), Isocr. 18. 61 scribunt πρόσθεν τῶν ἐπωνύμων. cf. L. Lange ἐπώνυμος ἄρχων Lpz. Stud. I. p. 179. ann. 65.

Aristotelea intellegere possumus, quod gravissimum nostrum officium esse debet.

Nunc illum locum contemplemur, quem ad fontem ex Aristotele non pendentem Wilamowitz refert, unde et Aristotelem et Et. M. sua quemque hausisse sibi persuasit: Et. Magn. 369. 15. Cuius fontem proximum lexicon illud rhetoricum fuisse, quod mutilatum excerptumque in cod. Segueriano exstaret et ab Imm. Bekkero in anecdotis graecis I. 195 sq. editum esset, asseverat. Quam sententiam neque impugnare neque probare audeo, neque quemquam credo a me postulaturum esse, ut ad hanc quaestionem dissolvendam totum corpus Etymologicum disquiram, fontes proximos et remotos sejungam, suum cuique reddam. Cui studio pertricato me non parem esse sincerus confiteor et, quicumque in his rebus desudavit, non ignorat, parum adhuc certi enucleatum esse virosque doctos et harum rerum peritissimos fluctuare, quantum Photio, quantum Diogeniano, quantum lexicis rhetoricis, quantum aliis tribuant. Quam dubitationem Wentzelium [1]) volumine I corporis lexicographorum graecorum edendo mox sublaturum esse sperare licet. Sed priusquam fidem exsolverit et copiam glossarum dispositam singulaque in genera distributam protulerit, commentariis suis plenis additis argumentisque luculentis adjectis, legibus satis firmis et stabilibus egebimus.

Praeterea fundamentum ipsum, quo quis nisus prospero eventu hunc librum in usum suum convertat, maxime dubium est. Nam eum glossarum thesaurum, quem Etymologicum Magnum nominare assuevimus, ab editore principe Calliergo e variis lexicis manuscriptis suo arbitrio conscriptum esse, Reitzenstein [2]) omnibus viris doctis, quantum scio, persuasit. Quod utrum ex Etymol. Genuino, quod dicitur, et Etymol. Gudiano conglutinatum, an ex uno Et. Gud. additamentis appositis contractum sit, adhuc sub judicibus harum rerum peritissimis Reitzen-

---

1) Sitzungsber. der Berl. Acad. 1895 p. 487.

2) Philolog. 48. p. 450.

steinio [1]) et Carnuthio [2]) lis est. Etymolog. autem illud Genuinum quamquam multis libris manuscriptis a Reitzensteinio [3]) enumeratis continetur, tamen solus Florentinus cod. S. Marci 304 a Millero [4]) et is pessime typis descriptus est, ita ut ignoremus, quid exstet in cod. ms., quid desit [5]). Itaque dum editiones novae Et. Gud. a Carnuthio, Et. Gen. a Reitzensteinio promissae desiderantur, hac via satis tute non progredieris. Quae cum ita sint, hac quaestione remota, satis habui in eas res inquirere, quae cum in Aristotelis de Republica Atheniensium libelli parte posteriore tum in Pollucis libro VIII. explanantur. Nam, nisi fallor, negandum est, Etym. Magn. in glossis eodem i. e. ad res publicas judicialesque Atheniensium spectantibus fontem tum exiguae tum summae auctoritatis se praestitisse. Sin igitur demonstraverimus, hunc scriptorem fere semper propter vitia innumerabilia pro nihilo habendum et nostram glossam supra notatam alia ratione, ac Wilamowitz voluit, explicandam esse, huic fonti fidem abrogabimus.

Naber [6]), ubicumque in fine glossae Etymologici Magni addatur ῥητορική vel εἰς τό ῥητορικόν vel ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ vel simile quid, **Photium** solum fontem intellegi vult. ‚Componat mihi quis‘ inquit ‚Photium cum Etymologo: inveniet omnes has glossas in Photio adhuc superesse. Inveniet haud raro testes plures adscriptos, uberiorem interpretationem, sed id, quod caput rei est, corruptelas easdem‘. Sed conferat quaeso vir doctissimus glossam ὑπωμοσία apud Et. Magn. 784.40 cum eadem in Photii lexico, adscita Harpocr. epitome s. eadem voce: jam, puto, neque ipse perseverabit hoc contendere neque Boysen [7]) porro confirmabit, Naberi

1) Berl. phil. Woch. 1895. p. 793. 825. 856.
2) Festschr. f. Ludw. Friedländer, p. 67—105.
3) Berl. phil. Woch. 1895. p. 796.
4) Mél. de litt. gr. 1868 p. 11 sq.
5) Reitzenstein, Philol. 48. p. 450 et Berl. ph. Woch. 1895. p. 827.
6) Prolegg. ad Photii lexici ed. p. 170.
7) De Harpocrationis lexici fontibus quaestiones selectae. in: Schriften der Universität zu Kiel aus dem Jahre 1876 Bd. XXIII p. 76.

Aristotelea intellegere possumus, quod gravissimum nostrum officium esse debet.

Nunc illum locum contemplemur, quem ad fontem ex Aristotele non pendentem Wilamowitz refert, unde et Aristotelem et Et. M. sua quemque hausisse sibi persuasit: Et. Magn. 369. 15. Cuius fontem proximum lexicon illud rhetoricum fuisse, quod mutilatum excerptumque in cod. Segueriano exstaret et ab Imm. Bekkero in anecdotis graecis I. 195 sq. editum esset, asseverat. Quam sententiam neque impugnare neque probare audeo, neque quemquam credo a me postulaturum esse, ut ad hanc quaestionem dissolvendam totum corpus Etymologicum disquiram, fontes proximos et remotos sejungam, suum cuique reddam. Cui studio pertricato me non parem esse sincerus confiteor et, quicumque in his rebus desudavit, non ignorat, parum adhuc certi enucleatum esse virosque doctos et harum rerum peritissimos fluctuare, quantum Photio, quantum Diogeniano, quantum lexicis rhetoricis, quantum aliis tribuant. Quam dubitationem Wentzelium [1]) volumine I corporis lexicographorum graecorum edendo mox sublaturum esse sperare licet. Sed priusquam fidem exsolverit et copiam glossarum dispositam singulaque in genera distributam protulerit, commentariis suis plenis additis argumentisque luculentis adjectis, legibus satis firmis et stabilibus egebimus.

Praeterea fundamentum ipsum, quo quis nisus prospero eventu hunc librum in usum suum convertat, maxime dubium est. Nam eum glossarum thesaurum, quem Etymologicum Magnum nominare assuevimus, ab editore principe Calliergo e variis lexicis manuscriptis suo arbitrio conscriptum esse, Reitzenstein [2]) omnibus viris doctis, quantum scio, persuasit. Quod utrum ex Etymol. Genuino, quod dicitur, et Etymol. Gudiano conglutinatum, an ex uno Et. Gud. additamentis appositis contractum sit, adhuc sub judicibus harum rerum peritissimis Reitzen-

1) Sitzungsber. der Berl. Acad. 1895 p. 487.

2) Philolog. 48. p. 450.

steinio [1]) et Carnuthio [2]) lis est. Etymolog. autem illud Genuinum quamquam multis libris manuscriptis a Reitzensteinio [3]) enumeratis continetur, tamen solus Florentinus cod. S. Marci 304 a Millero [4]) et is pessime typis descriptus est, ita ut ignoremus, quid exstet in cod. ms., quid desit [5]). Itaque dum editiones novae Et. Gud. a Carnuthio, Et. Gen. a Reitzensteinio promissae desiderantur, hac via satis tute non progredieris. Quae cum ita sint, hac quaestione remota, satis habui in eas res inquirere, quae cum in Aristotelis de Republica Atheniensium libelli parte posteriore tum in Pollucis libro VIII. explanantur. Nam, nisi fallor, negandum est, Etym. Magn. in glossis eodem i. e. ad res publicas judicialesque Atheniensium spectantibus fontem tum exiguae tum summae auctoritatis se praestitisse. Sin igitur demonstraverimus, hunc scriptorem fere semper propter vitia innumerabilia pro nihilo habendum et nostram glossam supra notatam alia ratione, ac Wilamowitz voluit, explicandam esse, huic fonti fidem abrogabimus.

Naber [6]), ubicumque in fine glossae Etymologici Magni addatur ῥητορική vel εἰς τό ῥητορικόν vel ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ vel simile quid, **Photium** solum fontem intellegi vult. ‚Componat mihi quis' inquit ‚Photium cum Etymologo: inveniet omnes has glossas in Photio adhuc superesse. Inveniet haud raro testes plures adscriptos, uberiorem interpretationem, sed id, quod caput rei est, corruptelas easdem'. Sed conferat quaeso vir doctissimus glossam ὑπωμοσία apud Et. Magn. 784.40 cum eadem in Photii lexico, adscita Harpocr. epitome s. eadem voce: jam, puto, neque ipse perseverabit hoc contendere neque Boysen [7]) porro confirmabit, Naberi

1) Berl. phil. Woch. 1895. p. 793. 825. 856.
2) Festschr. f. Ludw. Friedländer, p. 67—105.
3) Berl. phil. Woch. 1895. p. 796.
4) Mél. de litt. gr. 1868 p. 11 sq.
5) Reitzenstein, Philol. 48. p. 450 et Berl. ph. Woch. 1895. p. 827.
6) Prolegg. ad Photii lexici ed. p. 170.
7) De Harpocrationis lexici fontibus quaestiones selectae. in: Schriften der Universität zu Kiel aus dem Jahre 1876 Bd. XXIII p. 76.

observationem verissimam esse. Itaque, quamquam maxime me dolet, Boysenium crimine neglegentiae absolvere non possum. Aut enim locos a Meiero opusc. II 115 sq. collectos (nam in annot. 306 nostrum locum non omiserat) non omnes perlustravit, etsi hoc dicit, aut temerius, quam par erat, officio suo functus est. Nam tribus glossis Etymologi Magni, Photii, Harpocrationis alia cum alia compositis, jam elucebit luce clarius, unde Etymologus Magnus plurima sumpserit: non e Photio, sed ex Harpocratione. Illum, patriarcham, ad unum verbum ἀναβάλλεσθαι supplendum adhibuit. Attamen fini glossae illud ῥητορική adscripsit.

Harp. Epitome.	Et. M. 784. 40.	Photius.
ὑπωμοσία· τὸ ὑπερτίθεσθαι δίκην προφάσει χρώμενον ἀποδημίᾳ ἢ νόσῳ ἤ τινι τῶν παραπλησίων μεθ' ὅρκου οὕτως ἐλέγετο καὶ τὸ ποιεῖν τοῦτο ὑπόμνυσθαι.	ὑπωμοσία· τὸ ὑπερτίθεσθαι δίκην καὶ ἀναβάλλεσθαι προφάσει χρώμενον ἀποδημίᾳ ἢ νόσῳ ἤ τινι τῶν παραπλησίων μεθ' ὅρκου, οὕτως ἐλέγετο · καὶ τὸ ποιεῖν τοῦτο ὑπόμνυσθαι· ῥητορική.	ὑπωμοσία· τὸ ἀναβάλλεσθαι δίκην τινὰ ἤ τι ἄλλο προφάσει τινὶ χρώμενον μεθ' ὅρκου.

De aliis exemplis, quae γλώσσας ῥητορικάς esse ab ipso auctore contenditur, non tam aperte judicare possumus, quia Photii codex unicus Galeanus, unde ceteri libri manuscripti fluxerunt, mutilatus exstat: ex. gr. 265. 30 Δημόσιος = lex. Seg. V 234. 15, ubi Etymologus contrahit, commutat, nugas addit. 331. 42 Ἑλληνοταμίαι = Lex. Seg. V 248. 29, verbis item commutatis. 354. 32 ἐπενεγκεῖν δόρυ [1]) = Harp. Epitome s. v. Nam cum constet Photium Harpocrationis Epi-

1) Cod. Florent. ed. Miller p. 118 in fragmento Istriano pro σημαίνοντα habet σημάναι.

tomae multum debere eundemque persaepe cum lex. Seg. V congruere, fieri potest, ut in Photio pleniore eadem inventuri fuerimus.

Eidem fonti praeter glossas, quibus adhaeret vox ῥητορική, etiam alias vindicandas esse, ubi seu librariorum, quae est sententia Naberi [1]), seu ipsius auctoris incuria illud ῥητορική omissum est, unusquisque Nabero facile concedet. Sed ea ipsa glossa, qua nihil se nosse inquit [2]) luculentius ad sententiam suam confirmandam, Etymologum Photio pleniore usum esse, magis quadrat in lex. Seg. V cum lex. Dem. Patmiaco [3]) conjunctum quam in Photium. Quod ipse ut animo perpenderes, locos adscripsi.

Et. M. 468. 56.	Lex. Seg. V 265. 22.	Photius.
ἱεροποιοί· κληρωτοὶ ἄρχοντές εἰσι δέκα τὸν ἀριθμόν, οἵ τά τε μαντεύματα ἱεροθετοῦσι, κἄν τι καλλιερῆσαι δέῃ, καλλιεροῦσι μετὰ τῶν μάντεων καὶ θυσίας τὰς νομιζομένας ἐπιτελοῦσι, καὶ τὰς πενταετηρίδας ἁπάσας διοικοῦσι πλὴν Παναθηναίων. ταῦτα δὲ Ἀριστοτέλης [5])	ἱεροποιοί· κληρωτοὶ ἄρχοντες. εἰσὶ δὲ δέκα τὸν ἀριθμὸν, οἵ τά τε μαντεύματα ἱεροθετοῦσι [4]), κἄν τι καλλιερῆσαι δέῃ, καλλιεροῦσι μετὰ τῶν μάντεων, καὶ θυσίας τὰς νομιζομένας ἐπιτελοῦσι, καὶ τὰς πενταετηρίδας ἁπάσας διοικοῦσι πλὴν Παναθηναίων.	ἱεροποιοί· κληρωτοὶ ἄρχοντες δέκα τὸν ἀριθμόν, οἵ τά τε μαντεύματα ἱεροθετοῦσι· κἄν τις καλλιερήσῃ, συγκαλλιεροῦσι τοῖς μαντεύμασι· καὶ θυσίας τὰς νομιζομένας ἐπιτελοῦσι· καὶ τὰς πεντετηρίδας ἁπάσας διοικοῦσι πλὴν Παναθηναίων·

1) Prolegg. p. 170.
2) Prolegg. p. 171.
3) Ed. Sakkelion Bull. de corr. hell. I p. 1—16, 137—155. Hoc jam Boysen l. l. p. 71 animadverterat. Sed cum lex. illud Demosthenicum nondum e tenebris monasterii Patmiaci in lucem emissum esset, pro pleniore Photio pleniorem recensionem lexici Sg. V fontem esse Et. M. statuit.
4) Cod. *ἱερουθυτοῦσι*.
5) Cap. 54. 6, 7.

ἱστορεῖ ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ. Δημοσθένης [1]) ἐν Φιλιππικῶν τετάρτῳ· (sic!) ‚οἱ λογοποιοὶ (sic!) τὰς πομπὰς πομπεύουσιν ὑμῖν μετὰ τῶν ἱεροποιῶν‘. μὴ ἀγνοῶμεν δὲ, ὅτι καὶ ἄλλοι εἰσὶν ἱεροποιοὶ τῶν σεμνῶν θεῶν, τὸν ἀριθμὸν δέκα. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Μειδίου [2]) ‚οὐ (sic!) περιεῖδε ταῖς σεμναῖς θεαῖς ἱεροποιὸν αἱρεθέντα ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων καὶ περὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν (sic!) καταρξάμενον‘. Δείναρχος [3]) δὲ ἐν τῷ κατὰ Λυκούργου εὐθυνῶν φησι· ‚καὶ τὰς σεμνὰς θεάς, αἷς ἐκεῖνος ἱεροποιὸς καταστὰς δέκατος αὐτός‘.	Lex. Dem. Patm. ed. Sakkelion p. 11 κατὰ Φιλίππου Α. § 26. s. f. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι τῶν σεμνῶν θεῶν.	εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι ἱεροποιοὶ τῶν σεμνῶν θεῶν, οἳ τὸν ἀριθμόν εἰσιν ἀόριστοι.

1) Dem. 4. 26. Vitia Et. M. *Δ* pro *Λ*, *λογοποιοί* pro *λοιποί* utrum librario an ipsi auctori crimini danda sint, nescio, quam ob rem corrigere non audeo. Idem valet de loco, qui sequitur, ubi *οὐ* additum et verba Demosthenis *τρίτον αὐτόν* in *περὶ τὸν αὐτὸν τρόπον* depravata sunt.

2) Dem. 21. 115.

3) Frg. orat. att. coll. Car. Müller. Paris 1858 p. 456. Dinarch. frg. 31.

Vides, Etymol. Magn. magis abhorrere a Photio quam a lex. Segueriano et Patmiaco. Illum suo judicio καλλιερήσῃ in καλλιερῆσαι δέῃ, συγκαλλιεροῦσι τοῖς μαντεύμασι in καλλιεροῦσι μετὰ τῶν μάντεων mutavisse et in altera parte pro numero infinito ἀόριστοι numerum certum δέκα scripsisse non credo, praesertim cum appareat, unde sua sumpserit, e lexico Segueriano. Lexicon Patmiacum pro sua parte communibus verbis usum cum Photio tum Et. M. ansam dedit, ut hic, numerum eundem, munera alia fuisse ratus, diceret e decem viris collegium compositum esse, ille contra, ratus et numerum et collegium a priore diversa esse, statueret numerum eorum infinitum fuisse, scilicet quia certi nihil cognoverat. Talia discrimina, quae multum valent temporibus glossographorum lexicographorumque, cum alter alterum describit, contrahit, praeter nugas nihil addit, me quoque prohibent, quominus credam Et. Magnum in suo libro Photiano haec omnia invenisse [1]). Sane auctor Et. Mag. codice alio ac Galeano usus est, nam glossa τιμητικὸν πινάκιον, quam nos apud Photium s. v. laceram legimus, apud Et. Magn. 759. 2 etiamnunc integra exstat. Aliis locis, ubi discrepantiae majores inter utrumque patent, alterne ex altero pendeat an uterque ad eundem fontem recurrat, dijudicare nolo. Nostro loco mihi posterior sententia placet. Sed hoc nihil ad rem. Satis mihi est alterum locum invenisse, ubi **glossa Et. Magni e duabus coaluit.**

Cohn [2]), glossas Et. M. ad rem publicam Atheniensium et oratores atticos explicandos pertinentes maxima ex parte e **lex. Seg. V** fluxisse putat. Quod quin verum sit, nemo harum rerum peritus dubitabit, collatis locis Et. M. 13. 9 ἀγορανόμοι cum lex. Seg. V. 199. 24, Et. M. 13. 15 ἀγραφίου cum lex. Seg. V. 199. 28, Et. M. 17. 47 ἀδικίου cum lex. Seg. V. 199. 32, Et. M. 124. 41 ἀποδέκται cum lex. Seg. V. 198. 1, Et. M. 124. 48 ἀπροστασίου cum lex. Seg. V. 201. 12, Et.

1) Aliae causae Boysenium l. l. p. 67 commoverunt, ut negaret Et. M. pleniore lexici Photiani recensione usum esse.

2) Jhbb. f. class. Philol. Suppl.-Bd. XIII. p. 828.

M. 124. 53 ἀποστασίου cum lex. Seg. V. 201. 5, Et. M. 147. 8. Ἄρδιττος (sic!) cum lex. Seg. V. 207. 2, Et. M. 265. 30 δημόσιος cum lex. Seg. V. 234. 15 (ubi nomina servorum publicorum singula omissa effecerunt, ut enuntiatum paullulum mutaretur), Et. M. 276. 55 διωμοσία cum lex. Seg. V. 239. 23 (ubi Etymologus multo brevior), Et. M. 280. 24 διωβελία cum lex. Seg. V. 237. 15 (quem locum Wilamowitz [1]) optime emendavit), Et. M. 322. 43 ἔκκλητος πόλις cum. lex. Seg. V. 247. 30, Et. M. 322. 55 ἐκλογεῖς cum lex. Seg. V. 245. 33. Et. M. 325. 9 ἐκφυλλοφορῆσαι cum lex. Seg. V. 248. 7. Et. M. 331. 42 Ἑλληνοταμίαι cum lex. Seg. V. 248. 29 (uter verum tradiderit hic Δήλῳ scribens an ille δημοσίῳ, incertum est), Et. M. 335. 48 ἐμπήκτης cum lex. Seg. V. 258. 21, Et. M. 353. 43 ἐπαγγεῖλαι cum lex. Seg. V. 256. 5 (glossis Etymol. Magn. quaestiones etymologicas et grammaticas hic et alibi detrahendas esse non est, quod dicam), Et. M. 453. 30 θόλος [2]) cum lex. Seg. V. 264. 26, Et. M. 469. 20 ἱεραὶ τριήρεις cum lex. Seg. V. 267. 21, Et. M. 482. 53 κάδος cum lex. Seg. V. 275. 28, Et. M. 525. 14 κολακρέται (sic!) cum lex. Seg. V. 275. 22, Et. M. 552. 20 κλητῆρες cum lex. Seg. V. 268. 11 (ordine ab Et. M. commutato), Et. M. 569. 32 λογισταί cum lex. Seg. V. 276. 17, Et. M. 629. 23 ὀργεῶνες cum lex. Seg. V. 286. 11, Et. M. 651. 50 παράβυστον cum lex. Seg. V. 292. 24 (quaestionibus etymologicis interpositis), Et. M. 672. 36 πινάκιον cum lex. Seg. V. 299. 3, Et. M. 693. 43 πρυτανεία cum lex. Seg. V. 291. 11 (ubi Etymologus glossam Seguerianam nimis contrahens ineptias efficit), Et. M. 698. 57 πωληταί cum lex. Seg. V. 291. 17, Et. M. 708. 13 σανίς cum lex. Seg. V. 303. 23, Et. M. 742. 38 σωφρονισταί cum lex. Seg. V. 301. 6. Qua in re idem valet atque in omnibus his quaestionibus, neque Cohn sic verba sua intellegi vult, quasi dicat, scriptorem vel potius scribam Etymolog.

---

1) l. l. II p. 213.

2) Initium huius glossae in cod. Flor. ed. Miller p. 159 multo plenius legitur.

Magn. semper ex ipso lex. Seg. V. descripsisse. Saepius non hoc lexicon ipsum sed fontem eius in manibus habuit. Quod factum esse videtur in vocibus πρυτανεία, σανίς, Ἑλληνοταμίαι, aliis explicandis.

Sed his glossis perlustratis tamen permultae supersunt, quae aliunde originem suam ducunt: ex Harpocrationis λέξεις τῶν δέκα ῥητόρων, quem librum non talem, qualem in editione Dindorfiana legimus, adhibuit, sed mutilatum et ad breviorem formam redactum, auctoritatibus, quas lexicographus adscripserat, fere semper resectis. Quem viri docti Harpocrationis epitomen nominare solent. Jam supra p. 12 duo loci commemorati sunt, quorum alter (354. 32 ἐπενεγκεῖν δόρυ) totus, alter (784. 40 ὑπωμοσία) majore ex parte ex Harpocrationis epitome fluxit. His nunc alios addere liceat: Et. M. 344. 25 ἐν Φρεατοῖ [1]) 349. 40 ἐξωμοσία. 355. 35 ἐπεσκήψατο 358. 56 ἐπὶ Δελφινίῳ [2]). 359. 17 ἐπιδίετες ἡβῆσαι [3]). 359. 26 ἐπίδικος [4]). 362. 9 ἐπιμελητὴς τῶν μυστηρίων. 362. 54 ἐπὶ πρυτανείῳ. 693. 53 πρυτάνεις. 733. 15 σύγκλητος. 734. 22 σύμβολα. 768. 1 τριτοπάτορες. 788. 50 φάσις. 795. 19 φιμοί. 799. 28 φράτορες. 802. 19 φύλαρχος. Hunc scriptorem his omnibus locis ad verbum in opus suum recepit, explicationibus tantum grammaticis vel etymologicis ex alio armamentario assumptis.

Neque aliter se gessit, quod ad Photium attinet, quem nominatim laudat [5]): p. 540. 24, 529. 55, 613. 6, 418. 55. Se-

---

1) Cod. Flor. ed. Miller p. 115 librum Theophrasti ϛ̅ pro ι̅ϛ̅ laudat.

2) Cod. Flor. ed. Miller p. 120 post Σίνιν addit *καὶ τῶν Παλλαντίδων*.

3) In cod. Flor. ed. Miller p. 120 sicut apud Harpocrationem legitur *ὀκτωκαιδεκαετεῖς*.

4) Cod. Flor. ed. Miller p. 120: *Λυσίαιον* pro *Λυσίβιον* vel *Λυσίαν*.

5) Cf. Naber prolegg. p. 171. Wentzel, Sitzungsber. der Berl. Acad. 1895 p. 485 asseverat, omnes hos locos non ad patriarchae lexicon spectare, sed fragmenta aliorum librorum Photianorum dispersa esse, variis modis in Et. M. illata.

mel nomen patriarchae in Et. M. periit et restituendum est e cod. Flor. ed. Miller p. 201 ad gl. κερας̧βόλος. Hisce locis ex hoc pendet: 403. 23 ἐφήγησις (eadem lex. Seg. V. 312. 31 s. v. ὑφήγησις habet). 410. 1 ζευγίσιον. 411. 1 ζητηταί. 734. 26 σύμβολον. 759. 2 τιμητικὸν πινάκιον. 762. 9 τοξόται [1]). 763. 21 τοὐπίπεμπτον. In littera A, ubi codex Galeanus mutilatus nos destituit, a lex. Seg. VI. adjuvamur [2]): Et. M. 115. 45 ἄξονες = lex. Seg. VI. 413. 15. Interdum Noster cum Zonara concinit: 265. 20 δήμαρχος = Zonar. p. 494 (teste Chrysippo adscripto. Lex. Seg. V. 237. 8 simillima, sed non eadem tradit. Communis omnium fons patefit e schol. Arist. Nub. 37); 288. 45 δρυφάκτους [3]) = Zonar. p. 569 (nescio an haec glossa una cum Suida s. v. ad schol. Ar. Vesp. 368 referenda sit). Et. M. 391. 49 εὔθυνοι = Zonar. p. 899 e Photio s. v. εὐθῦναι derivandum est. Quod de eis locis contendi non potest, ubi ad verbum aut fere eadem Et. M. et Suid. tradunt: Et. M. 101. 54 ἀνδροληψία = Zonar. p. 189 = Suid. s. v.; 348. 49 ἐξούλης = Zonar. p. 762 = Suid. s. v.; 349. 36 ἐξομόσασθαι = Zonar. p. 782 = Suid. s. v.; 362. 43 ἐπὶ Παλλαδίῳ = Suid. s. v. Nam Bernhardyi [4]) sententia, thesauros formularum et rerum atticarum a Suida e Photio in scrinia sua derivatos esse, a M. Schmidtio [5]) labefactata, Naber [6]), pro sua parte Bernhardyum defendens, a Roelligio [7]) impugnatus est et viri, quorum judicium in his studiis plurimum valet, Roelligio se applicare malunt quam Nabero [8]). Explicationem verbi παρέγγραπτος Et. M. 700. 14 iisdem verbis legimus in schol. Luc. II p. 488 v. 7, glossam ἕνδεκα

---

1) Cod. Flor. ed. Miller p. 283 scribit *Σπασίνιοι* et *Σπασίνου*.
2) cf. Cohn. l. l. 827/828.
3) Cod. Flor. ed. Miller p. 93 adscribit vers. Aristoph. Equ. 675.
4) Prolegg. ad Suid. ed. p. XLIV.
5) Neue Jhbb. f. Phil. u. Pädag. 1855 p. 481.
6) Prolegg. p. 150 ff., 164 ff.
7) Dissert. Hal. VIII. 1–66.
8) Krumbacher, Gesch. der byz. Lit. p. 263. Wentzel, Sitzungsber. der Berl. Acad. 1895. p. 482.

Et. M. 338. 31 in lex. Vind. p. 88. 10, cuius auctor aut Etymologo ipso aut eodem fonte usus verba καὶ ἐδείκνυον e glossa Et. M. ἔνδειξις p. 338. 49[1]) petita falso loco inseruisse videtur. Cum Et. M. tum lex. Vind. in hac posteriore glossa Harpocrationem secuti sunt. Quod ad undecimviros explicatos attinet, hanc glossam simili fonti atque, qui lex. Patm. p. 13/14 praesto fuit, tribuam, quia ibi tantum verba pleniora exstant et duo genera ἀπογραφῶν, alterum χωρίων alterum οἰκιῶν, discernuntur. Quem fontem auctor lex. Dem., cum deflecteret ad poletas, praemature deseruit, quam ob rem interciderunt verba: παρεδίδουν δὲ καὶ ἐνίας ἐνδείξεις vel sim. Eundem mirum inter Et. M. et lex. Vind. consensum eandemque duarum glossarum perturbationem altero etiam loco repperi: in glossis ἐπιγνώμονες et ἐπιγραφεῖς.

Et. M. 358. 16 ἐπιγνώμονες ἀντὶ τοῦ ἐπισκόπους. (ἐπι)γραφέας τοὺς καθεστηκότας ἐπὶ τὸ γράφειν ἑκάστῳ, ὅσον εἰςφέρειν ὀφείλουσιν εἰς τὸ δημόσιον. οἱ δέ φασιν ἐπιγραφεῖς εἶναι τοὺς ὁρίζοντας καὶ ἐπιγράφοντας τὰ ἐπιτίμια τῶν ἐν ταῖς δίκαις ἁλισκομένων.	**Harp. Epit.** ἐπιγνώμονας ἀντὶ τοῦ ἐπισκόπους καὶ ἐπιγραφέας τοὺς καθεστηκότας ἐπὶ τοῦ γράφειν ἑκάστῳ, ὅσον εἰςφέρειν ὀφείλουσιν εἰς τὸ δημόσιον. **lex. Vind. p. 93. 4** κατά τινας δὲ οἱ ὁρίζοντες καὶ ἐπιγράφοντες τὰ ἐπιτίμια τῶν ἐν ταῖς δίκαις ἁλισκομένων.
Et. M. 358. 20[2]) ἐπιγραφεῖς οἱ τὰ δημόσια διαγράφοντες	**ib. p. 93. 3** ἐπιγραφεῖς κατά τινας μὲν οἱ τὰ δημόσια γράφοντες.
ἢ οἱ ὁρίζοντες καὶ ἐπιγράφοντες τὰς εἰςφορὰς ἑκάστῳ.	**lex. Seg. V. 254. 5** ἢ ἐπιγραφεῖς οἱ ὁρίζοντες καὶ ἐπιγράφοντες τὰς εἰςφορὰς ἑκάστῳ.

1) Cod. Flor. ed. Miller p. 111 lacunam non significat.

2) Cod. Flor. ed. Miller p. 120 lex. Vind. assentitur. Haec enim habet: *οἱ τὰ δημόσια διαγράφοντες ἐκαλοῦντο· οἱ δέ φασιν ἐπιγραφεῖς εἶναι τοὺς ὁρίζοντας καὶ ἐπιγράφοντας τὰ ἐπιτίμια τῶν ἐν ταῖς δίκαις ἁλισκομένων.*

Uter verum ordinem servaverit, Etymologus an Lexicographus, dubius haereo. Nam etsi huic Nauck [1]) summo jure palmam stultitiae inter homines istius h. e. Byzantinorum aetatis tribuit et huius „virtutes nullae sunt, vitia innumera, stupor incredibilis“, tamen mox videbimus, et illum similibus vitiis non vacare. Itaque fieri potest, ut Etymologus et Lexicographus ad eundem fontem referantur.

Ceterum unius loci ratione habita certi aliquid affirmare temerius est neque nunc fontes lex. Vind. perscrutari sed, quam vilia sint, quae Etymologus ad respublicas graecas cognoscendas afferat, probare studeo. Neque repugnabis, credo, si mecum consideraveris, quae in Et. M. sub vocibus ἐπίσταθμοι et ἐπιστάται legimus, undique corrasa:

Et. M. 364. 36 ἐπίσταθμοι· ἄρχοντές εἰσι παρὰ τὸ ἐν σταθμοῖς εἶναι ὠνομασμένοι. σταθμοὶ δέ εἰσιν αἱ καταγωγαί. Ἁρμοστὰς δὲ τοὺς τοιούτους Λακεδαιμόνιοι καλοῦσιν.	**lex. Seg. V. 253. 22** Ἐπίσταθμοι· οἱ ἄρχοντες καὶ σατράπαι, οἱ κατέχοντες βασιλεῖ τὰς ὑπηκόους πόλεις, παρὰ τὸ ἐπὶ τοῖς σταθμοῖς εἶναι· σταθμοὶ δὲ αἱ καταγωγαί. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι τοὺς τοιούτους ἁρμοστὰς ἐκάλουν.
Et. M. 364. 39 Ἐπίσταθμοι· οἱ σατράπαι οἱ κατέχοντες βασιλεῖ τὰς ὑποκειμένας πόλεις.	
Et. M. 364. 41 ἐπιστάται δύο ἦσαν Ἀθήνησιν, ὧν ὁ μὲν ἐκ πρυτάνεων ἐκληροῦτο, ὁ δὲ ἐκ προέδρων·	**Harp. Epit.** s. v. ἐπιστάτης· δύο ἦσαν Ἀθήνησιν, ὧν ὁ μὲν ἐκ πρυτάνεων ἐκληροῦτο, ὁ δὲ ἐκ προέδρων· **Suid. s. v.** gl. 2 (cf. Telephus ap. Eustath. in Od. ρ 455 p. 1827. 51—54).
φυλάσσει δὲ τοῦ ἱεροῦ τὰς κλεῖς ἐν ᾧ τὰ δημόσια χρήματα· ἔτι μὴν καὶ τὴν δημοσφραγίδα [2]).	φυλάσσει δὲ τοῦ ἱεροῦ τὰς κλεῖς, ἐν ᾧ τὰ δημόσια χρήματα, ἔτι μὴν καὶ τὴν δημοσίαν σφραγῖδα.
λέγεται δὲ καὶ ὁ ἐφεστηκὼς	**Harp. Epit.** s. f. ἐλέγετο δὲ

1) Prolegg. p. XIII.
2) In cod. Flor. ed. Miller p. 123 legimus *δημοσίαν σφραγίδα*.

εἰς πρᾶγμα ὁτιοῦν, ῥηματικῶς. λέγεται δὲ καὶ ὁ ἐπιστάμενός τινι καὶ ἐπαίτης · παρὰ τὸ ἐφίστασθαι· οἷον· ,σῷ ἐπιστάτῃ οὐδ' ἄλα δοίης'. πολλάκις δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ διδασκάλου λαμβάνεται ἡ λέξις. ὅτι τῶν 500 οἱ μὲν 50 πρυτάνεις · οἱ δὲ 10 πρόεδροι · ὁ δὲ εἷς ἐπιστάτης.	καὶ ὁ ἐν τοῖς κοινοῖς ἐφεστηκὼς πράγματι ᾧτινι οὖν. Ad verba postrema Et. M. cf. schol. Dem. p. 594. 25 ἐπήρετο.

Ex omnibus plus quam 100 glossis Et. M. a me collectis unam deprehendi, quae nobis novi aliquid enarret aliunde ignotum, gl. Et. M. 227. 35 γεραῖραι e lexico Atticistae Pausaniae haustam, ut auctor ipse confitetur, fortasse opera Photii, alteram Et. M. 699. 26 πάρεδροι, ubi verbis fontis, qui lex. Seg. V. 288, 16 est, alia nonnulla, quae, unde prompta sint, nescio, adfigit. Quibus exceptis Etymologus noster aut uni fonti sive Harpocrationi sive lexico Seg. V. sive Photio totus se applicat, aut alium cum alio contaminat, aut duas glossas unius auctoris in unam contrahit, verbis ad partes contrarias conjungendas, qualia sunt ἤ, ἄλλως, λέγεται δὲ καί, ἄλλοι δὲ λέγουσι, φασίν, γάρ, similia, aut additis aut spretis: cf. Et. M. 226. 13 γενῆται = lex. Seg. V. 227. 8 + 231. 23. Et. M. 448. 10 θεσμοθέται = lex. Seg. V. 264. 15 + 264. 13. Et. M. 549. 4 κυρία = lex. Seg. V. 274. 6 + 274. 19. Et. M. 653. 2 παρακατάστασις = lex. Seg. V. 290. 19 + 290. 13. Et. M. 402. 1 ἐφέται = Phot. gl. 2 + gl. 1. Et. M. 448. 47 θεωρικὸν ἀργύριον[1]) = Phot. gl. 1 + gl. 2 + gl. 1 (verbis Dem. 18. 28 nescio unde correptis et interjectis). Et. M. 254. 29 δεκάζειν = lex. Seg. V. 236. 3 + Harp. Epit. s. v. δεκάζων. Et. M. 391. 52 εὔθυναι[2]) = Harp. Epit. + Phot. s. v. εὐθύνα. Et. M. 401. 50 ἔφεσις =

---

1) In hac glossa verba fontis paullo crudelius vexata sunt.
2) Cod. Flor. ed. Miller p. 132 priori parti vocem δικάσαντες addit

Harp. Epit. + Phot. + Harp. Epit. Et. M. 732. 42 συγγραφεῖς [1]) = Phot. + Harp. Epit. Et. M. 734. 32 συμμορία [2]) = Phot. + Harp. Epit. Et. M. 735. 27 συνήγορος = Phot. + Harp. Epit. Et. M. 768. 13 τριττύς = Harp. Epit. + Phot. gl. 2. Quam rem uno in conspectu videbis glossa ταμίαι exempli causa plena adscripta:

Et. M. 745. 15 ταμίαι. ἔφοροι, φύλακες, ταμιοῦχοι, διοικηταί. ἀρχή γάρ τις παρὰ Ἀθηναίοις ἦν οἱ ταμίαι, 10 τὸν ἀριθμόν. παραλαμβάνουσι δὲ οὗτοι τό τε ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς καὶ τὰς νίκας καὶ τὸν ἄλλον κόσμον καὶ τὰ χρήματα ἐναντίον τῆς βουλῆς, ὡς Ἀριστοτέλης.
εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι ταμίαι ἄρχοντες χειροτονητοὶ ἐπὶ τὰς ἱερὰς καὶ δημοσίας τριήρεις.
ὅτι δὲ καὶ τοῖς τριηράρχαις παρείποντο ταμίαι, δεδήλωκεν Εὔπολις.

Harp. Epit. ταμίαι. ἀρχή τις παρ' Ἀθηναίοις ἦν οἱ ταμίαι, 10 τὸν ἀριθμόν. παραλαμβάνουσι δ' οὗτοι τό τε ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς καὶ τὰς Νίκας καὶ τὸν ἄλλον κόσμον καὶ τὰ χρήματα ἐναντίον τῆς βουλῆς, ὡς Αριστοτέλης.
Phot. ταμίαι· εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι ταμίαι ἄρχοντες χειροτονητοὶ ἐπὶ τὰς ἱερὰς καὶ δημοσίας τριήρεις.
Harp. Epit. ταμίαι. ὅτι δὲ καὶ τοῖς τριηράρχοις παρείποντο ταμίαι, δεδήλωκεν Εὔπολις.

Incipit Etymologus ab Harp. Epit., mox hoc fonte spreto Photium evolvit, tum Photio relicto ad primum fontem revertitur. Sic initio glossae ἐπωβελία 368. 48 cum Suid. s. v. gl. 1 congruit, tum cum lex. Seg. V. 255. 29, denique cum Suid. gl. 3. Duas Suidae glossas in unam contractas legimus Et. M. 362. 1 ἐπιμεληταί = Suid. s. v. gl. 2 + id. s. v. ἐπιμελητὰς ἐμπορίου Et. M. 427. 26 ἡλιαία = Suid. s. v. gl. 3 + gl. 2.

1) Cod. Flor. ed. Miller p. 273/4 pro ἔλεγον v. 48 scribit ἐγίνετο et locum Thucydideum VIII. 67 pleniorem excerpit h. e. talem, qualis in Harpocrat. Epitome insit.

2) In cod. Flor. ed. Miller p. 274 glossa multo plenior exstat.

Quas glossas modo allatas utrum ipse Etymologus unamquamque contaminaverit aut contaminatas jam invenerit, utrum una an complures manus ante eum in contaminandis fontis verbis auxilio affuerint, utrum semper auctori recte sua cuique reddiderim an, ubicumque Harpocrationis Epitome et Photius cum Suida, lex. Seg. V. cum Photio ad verbum consentiunt, non illi laudandi fuerint sed hi vel quintus aliquis auctor, qui temporum iniquitate nobis periit, haec omnia dijudicari non possunt nisi toto corpore glossarum diligentissime perlustrato [1]). Neque hoc mea multum interest, cum evincere studeam, multas inesse in Et. M. glossas, quae, etiamsi simplices esse videntur, tamen **e compluribus partibus** compositae sint.

Jam bis p. 14 et 19 lexici Demosthenici Patmiaci inter fontes Et. M. commemorandi occasio nobis oblata est, quo tertium locum nunc adjungam: Et. M. 324. 2.

Et. M. 324. 2 = Suid. = Zonar. 668 ἐκμαρτυρεῖν · τὸ λέγειν οὐχ ἅπερ αὐτὸς οἶδεν, ἀλλ' ἅπερ ἑτέρων ἤκουσε λεγόντων.

ἐκμαρτυρία δὲ γεγραμμένη ἀναγινώσκεται, ὅταν τις ᾖ τελευτήσας (ᾖ) ἢ ὑπερόριος.

lex. Patm. p. 151. ἐκμαρτυρία καὶ ἐκμαρτυρεῖν · τὸ λέγειν ἐπὶ τῶν δικαστῶν οὐχ ἅπερ αὐτός τις εἶδε παρὼν πραττόμενα, ἀλλ' ὧν ἤκουσεν ἑτέρου λέγοντος καὶ παρεῖναι φάσκοντος τοῖς πραττομένοις. Quid de voce ἐκμαρτυρία auctor huius lexici judicaverit, ignoramus, quia glossa lacera est. Fieri potest, ut etiam hac in re cum Etymologo consenserit. Similia Et. M. praebet **schol. Aesch. 2. 19 s. f.** τῶν ἀποδημούντων γὰρ καὶ τῶν μὴ δυναμένων ἐλθεῖν εἰς τὸ δικαστή-

1) Otto Carnuth ‚Festschrift für Ludw. Friedländer' p. 102 Et. Genuinum, quod dicitur, Suida ipso uti potuisse censet.

ριον καὶ τὰς τῶν τετελευτηκότων μαρτυρίας ἐκ γραμματείων ἀνεγίνωσκον, αἳ ἐκαλοῦντο ἐκμαρτυρίαι.

Apud Harpocrationem glossa ἐκμαρτυρεῖν desideratur, glossa ἐκμαρτυρία aliis verbis explicatur, unde lex. Seg. V. 248. 3 Suid. s. v. Zonar. p. 656 Hesych. s. v. (explicatione vocis μαρτυρία omissa) sua hauserunt. Ad verba lexici Demosth. praeter Etym. propius accedit lex. Seg. IV. 188. 24, neque Pollux VIII. 36 longius distat. Cum Harpocration eiusque assectatores acquiescant in discrimine paucissimis verbis notando, scriptor lex. Patmiaci [Dem.] 46. 6 sq. verbis usui suo accommodatis plura enarrat.

Nunc eo revertamur, unde tota nostra quaestio profecta est, ad glossam Et M. 369. 7 ἐπώνυμοι, quam in duas partes facile divides; prior ad verba Suidae s. v. gl. 2 quadrat, Photius paullulum discrepat. Hic enim legimus, non centum sed decem eponymos singulam tribum elegisse. Quod contra Wilamowitzium annotandum mihi esse putavi, etsi summa rei tali discrepantia non commutatur. Tum priori glossae verbis ἢ ἄλλως posteriorem adjungit, qua verba Atthidographi nescio cuius ordine et contextu servatis tradita esse Wilamowitz sibi persuasit. Cui sententiae meam opponam **hanc ipsam glossam non simplicem esse, sed e duabus partibus compositam.**

Et. M. 369. 16 ἐπώνυμοι· διττοί εἰσιν οὗτοι· οἱ μὲν λέγονται [1]) τῶν ἡλικιῶν καί εἰσι 42, οἳ καλοῦνται καὶ λήξεων

lex. Seg. V. 245. 17. ἐπώνυμοι ἄρχοντες διςσοί εἰσιν, οἱ μὲν 42 τῶν ἡλικιῶν,

1) Emendationes Wilamowitzianas integras in contextum recepi, quamquam fortasse tali modo non tam Et. M. quam Et. M. fontem corrigimus. Emendatio Kaibeliana ἀπὸ ρ' pro ἀπόρων, elegantissima et simplicissima, cod. Flor. ed. Miller p. 124 confirmatur, sed tali adminiculo ei non opus erat. Cod. Flor. etiam alio loco propius ad verum accedit Ἀλκμας scribens pro Ἀκάμας, non Ἀλμᾶς ut Et. M.

ἐπώνυμοι, οἱ δὲ 10, ἀφ'ὧν αἱ φυλαὶ προςηγορεύθησαν,

οἷον Ἐρεχθεύς, Αἰγεύς, Πανδίων, Λεώς, Ἀκάμας, Οἰνεύς, Κέκροψ, Ἱπποθόων, Αἴας, Ἀντίοχος. ταῦτα δὲ τὰ 10 ὀνόματα ἀπὸ ρ' ὁ Πύθιος εἵλετο, Κλεισθένους οὕτω διαταξαμένου τὸ πᾶν πλῆθος εἰς 10 φυλάς.

οἱ δὲ 10 τὸν ἀριθμόν, ἀφ'ὧν αἱ φυλαὶ προςηγορεύθησαν.

lex. Dem. p. 15/16. ἐπώνυμοι 10, ἀφ' ὧν ἐκλήθησαν αἱ φυλαί, τοῦ θεοῦ τοῦτο χρήσαντος. ἦσαν δὲ οὗτοι· Ἐρεχθεύς, Αἰγεύς, Ἀργώδων (sic!), Λεώς, Ἀκάμας, Οἰνεύς, Κέκροψ, Ἱπποθόων, Ἀντίοχος, Αἴας· τούτους γὰρ ἐξ ὀνομάτων 100 ὁ θεός ἐξελέξατο.

Qua in re verba mea non sic intellegi volo, ut contendam, ipsum Etymologum munere contaminandi functum esse, quod etsi ad alias glossas quadrat, nostro loco prorsus negandum est, quia tantum judicii istis hominibus non tribuere possumus. Neque hoc urgeo, hos, non alios similes fontes contaminandi ansam dedisse. In universum enim de glossis ad res publicas judicialesque Graecorum pertinentibus, quotcumque in lexicis Etymologicis et rhetoricis, apud Photium et Harpocrationem inveniuntur, viri docti jure in hac sententia acquieverunt [1]), omnia e libro quodam oratoribus atticis explicandis scripto orta esse, scriptoribus aliis aperte, aliis per varias ambages ad communem fontem recurrentibus. Quas glossas rhetoricas optime inde cognoscimus, quod similes exstant in Harpocrationis lexico. Quod ad glossas Etymol. Magni attinet, vidimus permultas apud Harpocrationem iisdem verbis explicari, alias, si non eaedem, tamen Harpocrationeis similes sunt, praestantia sua nulla excellit, contra plurimae vitiis abundant, quae nata erant e pessime contractis et perverse intellectis fontibus. Praeterea persaepe nobis occurrebant loci, qui in singulas partes dividi possent. Quam ob rem jam primo initio concedendum est, idem hoc loco fieri potuisse.

1) Cohn l. l. p. 827.

Sane pleniore recensione lexici Seg. V. uti poterat, fortasse etiam usus est, quamquam omnibus glossis diligentius nondum denuo examinatis et cum Photio aliisque comparatis verbis Boysenii[1]) solis fidem habere non possum. In una enim saltem glossa πνύξ (Et. M. 677. 45) explicanda sine ulla dubitatione erravit. Eam justius cum Photio s. v. quam cum lex. Seg. V. 292. 30 comparabis. De altera autem (Et. M. 699. 14 πάραλος) disceptari etiamnunc licet, utrum ad lex. Seg. V. 293. 3 an ad Phot. s. v. collata glossa παράλιον an ad Harp. s. v. melius quadret. Sed sit hoc verum, tamen glossae, a Boysenio e littera Π tantum collectae[2]), ad sententiam meam refutandam nihil valent. Nam semper Et. M. acquiescit aut in testimoniis veterum adnotandis aut in verbis paucis et transponendis et addendis. **Numquam res a lexico Seg. V. incohata via ac ratione ab Et. M. porro tractatur,** id quod nostro loco fieri videtur et quod tamdiu revera factum esse nobis credendum erat, dum alia auxilia defuerunt. Nunc lex. illo Demosthenico foras dato, quaestio aliam viam ingredi debet et hic liber aeque atque lex. Seg. V. nobis adhibendus est. Summo enim jure Cohn[3]) dicit, in codice illo praestantissimo Patmiaco saec. X non scholia Demosthenica inesse, sed corpus glossarum e lexicographis graecis congestarum. Ergo lex. Patm. eadem re qua lex. Seg. V. Etym. M. superat: illa unum fontem in unaquaque glossa describunt, hoc varios confundit et contrahit. Quibus omnibus perpensis et proprietate talis corporis Etymologici considerata nisi mente praeoccupata a memet ipso postulare non possum, ut auctoritati Wilamowitzii cedens credam verba Atthidographi cuiusdam IV vel V saec. a. Chr. usque ad X. p. Chr. saec., h. e. id tempus, quo Constantinus Porphyrogennetus tali studio excerpendi et contaminandi favebat, integra mansisse et rem apud Et. M. melius describi quam in Aristotelis libello de Republica Atheniensium.

---

1) l. l. p. 71.
2) Vocem ἱεροποιοί supra p. 13, 14 aliter explicare tentavimus.
3) l. l. p. 828.

§ 2. Ex ea discrepantia, quae intercedit inter [Dem.] 43. 75 et Aristot. 56. 7, non est concludendum, Aristotelem vocem σκήπτομαι e fonte per litteras tradito accepisse.

Timeo, ne diutius, quam par erat et res postulabat, in hac quaestione dijudicanda moratus sim. Sed consulto hoc feci, ut labore anticipato postea Et. M. e disputatione mea segregare possem et partem operae mihi ipse minuerem. Contra alterum Wilamowitzii [1]) argumentum brevius redarguere possumus. Discrimen enim, quod exstat inter legem de archontis officiis apud [Dem.] 43. 75 servatam et ab Aristot. cap. 56. 7 [2]) traditam, nulla alia ratione v. d. explicare potest, quam ut statuat scriptorem quendam voce σκήπτομαι, quae in lege non exstaret, usum esse atque Aristotelem ex hoc scriptore hanc ipsam vocem usurpasse et suae narrationi inseruisse. Qua in re ipse confitetur verbum σκήπτομαι in disciplina juris Attici usitatissimum fuisse. Ut alia omittam, in inscriptionibus navalibus a Böckhio [3]) collectis memorantur τριήραρχοι σκηψάμενοι κατὰ χειμῶνα ἀπολωλέναι i. e. ei, qui in judicio non sua culpa sed tempestate iniqua navem periisse contendunt. Sin igitur leges ab Aristotele adhibebantur, ipse pro φάσκειν verbo σκήπτεσθαι uti poterat, quod optime sciret ex ipsis documentis saepe a se lectitatis. An putas Aristotelem legem integram servare debuisse, quam commutare Atthidographo cuidam liceret? Quisnam philosophum impedire poterat, quominus contextum legis consiliis suis adaequaret? Cur auctori nostro eadem vox adhibenda erat, qua lex usa erat, si alia ei et aptior esse videretur neque ipsi ignota esset? Tum quis pro certo affirmet, in exemplo legis ad Aristotelis usum descripto verbum φάσκειν, non σκήπτεσθαι

1) l. l. I p. 259.

2) cf. supra pag. 1/2.

3) Urk. über das Seewesen des att. Staates. N. XVI b. 96 sq. et p. 214.

scriptum fuisse? Deinde fieri poterat, ut exemplum legis [Dem.] orationi insertum aut a primo initio aut postea archetypo ad verbum jam non responderet. Denique foedus ab Atheniensibus cum Argivis, Mantineis, Eleis a. 420 a. Chr. ictum aliqua ex parte ad comparandum afferri potest. Cuius foederis fragmenta pauca [1]) lapidi incisa inventa sunt, contextum totum Thucydides [2]) describit. E Thucydidis verbis inscriptionisque inter sese comparatis elucet, non solum alias formas ἤν pro ἐάν, πάσαις pro ἁπάσαις, ὁποίῳ pro ὅτῳ in Thucydidis libris manuscriptis legi, sed etiam verba addita (ταῖς πόλεσιν) aut omissa (ὧν ἄρχουσιν Ἀθηναῖοι, πρὸς ἀλλήλους, μηδεμιᾷ τῶν πόλεων, ἁπάσαις), et ordinem mutatum (Μαντινέας καὶ Ἠλείους) esse. Non meum est controversiam dirimere, quae inde orta multos viros dissociaverit. Sive Kirchoffi [3]), Schönii [4]), Hudii [5]) sententiam sequimur, qui haec vitia librariorum Thucydidis fuisse dicunt, quia sibi persuaserunt Thucydidem exemplis neglegenter confectis numquam confisum esse, sive cum Klassenio [6]), Croisetio [7]), Herbstio [8]) sententiam illam aspernamur: de origine tantum certatur, discrepantiae ipsae ab omnibus viris doctis conceduntur et, cum in omnibus libris manuscriptis occurrant, in tempora antiquiora referendae sunt [9]). Quam ob rem et Herbstium [10]) missum faciam affirmantem, haec non vitia esse, sed Thucydidi ipsi deberi, qui verba foederis sermoni suo accommodaverit, suoque arbitrio commutaverit, et Georg. Meyerum [11])

1) CJA. IV. N. 46 b.
2) V. 47.
3) Hermes XII. 381. Berl. Sitzungsber. 1883 p. 850. = A. Kirchhoff, Thukydides und sein Urkundenmaterial. Berlin 1895 p. 86—102.
4) Hermes XII. 472.
5) Hermes XVII. 153.
6) Anhang lib. V. 47 edit. II. p. 189.
7) ed. Thuc. libr. I. II. Addit. p. XXVII.
8) Hermes XXV. p. 388.
9) Kirchhoff l. l. Schöne, Hermes XII. 472.
10) l. l. p. 388/389.
11) Burs. Jhber. 79. 1894 p. 231.

Stahlii judicium probantem, qui contextum Thucydideum pedetentim in statum deteriorem delapsum esse statuat. Nam utcumque res se habet, unusquisque eorum libenter concedet, si inter scriptorem rerum gestarum tam gravem, qualis Thucydides sine dubio fuit, et inscriptionem lapidi incisam tanta discrimina invenimus, quae et ad delectum et ad ordinem singulorum verborum pertinent, nos nullo modo mirari posse, si philosophus et lex per litteras nobis tradita uno verbo discrepant. Praeterea iniquum esse puto, ad talem dissensionem explanandam causas aliunde promere, si his non egemus, sed contra ea, quae nobis loci ipsi offerunt, sufficiunt.

§ 3. Idem valet in verba ὑπὲρ τῆς πόλεως aut ὑπὲρ τῆς πατρίδος apud Aristot. 55. 2 omissa.

Tales vel similes, credo, cogitationes Wilamowitzii [1]) animum commovebant in difficultatibus capitis 55. 2 illustrandis, etsi hoc loco argumenta sua magis occultat quam aperit. In ϑεσμοϑετῶν enim ἀνακρίσει [2]), ut hoc artis graecae vocabulo utar, Aristoteles ultimam quaestionem verbis τὰς στρατείας εἰ ἐστράτευται, Dinarchus εἰ τὰς στρατείας ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐστράτευται tradit. Poll. VIII. 86 et lex. Cant. s. v. ϑεσμοϑετῶν ἀνάκρισις, qui alter celato, alter nominato auctore Aristotelem exscribunt, tamen in hac quaestione magis cum Dinarcho quam cum Aristotele congruunt. Uterque enim scriptor eodem loco eadem verba ὑπὲρ τῆς πατρίδος addit. Quam ob rem Wilamowitz [3]) lexicographos Aristotelem pleniorem legisse, quem nos mutilatum accepimus, suspicatur. Cui sententiae ne adstipuler, praesertim ea re impedior, quod uterque, cum Pollux tum auctor lexici, satis multis locis non merum Aristotelem reddidit neque fieri potest, ut semper in

1) l. l. I. p. 256. ann. 149. p. 257.
2) cf. supra p. 2/3.
3) l. l. I. p. 256. ann. 149.

papyro aliquantum excidisse credamus. Tum infra, spero, ratio valde probabilis, mea quidem sententia, unde et Pollucis et lexici Cantabrigiensis additamenta facillime intellegantur, evincetur. At hoc a limine reiciendum est, lexicographos, quae non apud Aristotelem invenissent, e fonte antiquiore hausisse. Tum enim omnia inde exscripsissent neque Aristotelem omnino spectassent. Quamquam igitur in lege ipsa illa verba aut ὑπὲρ τῆς πατρίδος aut ὑπὲρ τῆς πόλεως exstitisse veri simile est, tamen inde hoc tantum concludi potest, Aristotelem fontem suum contraxisse, id quod saepius fecit. Qui fons ut litteris jam mandatus fuerit, ne inde quidem sequitur. Immo vero lex ipsa fuit, in qua nisus est.

§ 4. Pollucem VIII. 107 nihil nisi Aristotelea reddere contra Wilamowitzium contendendum est.

Neque Wilamowitzio [1]) concedo, ex Aristot. 54. 7 cum Polluce VIII. 107 comparato quicquam colligi posse, quia hic quattuor, ille quinque ludos quinquennales commemoret. Pollux saepissime, ubi Aristotele fonte usus est, eius verba contrahit. Ad quam rem illustrandam nunc duos tantum locos adscribere satis erit, quos ex Aristotele fluxisse Wilamowitz [2]) ipse confitetur.

Aristot. 58. I.	Pollux VIII. 91.
ὁ δὲ πόλεμαρχος θύει μὲν θυσίας τῇ τε Ἀρτέμιδι τῇ ἀγροτέρᾳ καὶ τῷ Ἐνυαλίῳ, διατίθησι δ' ἀγῶνα τὸν ἐπιτάφιον, καὶ [3]) τοῖς τετελευτηκόσιν ἐν	ὁ δὲ πολέμαρχος θύει μὲν Ἀρτέμιδι ἀγροτέρᾳ καὶ τῷ Ἐνυαλίῳ, διατίθησι δὲ τὸν ἐπιτάφιον ἀγῶνα τῶν ἐν πολέμῳ ἀποθανόντων, καὶ τοῖς

1) l. l. I. p. 230 ann. 89.

2) l. l. I. p. 249 ann. 130 et I. p. 297.

3) Jure Wilamowitz-Kaibel in editione sua ineptiis Pollucianis spretis papyrum secuti sunt. Qua in re solum Blassium (in ed. II), quantum video, consentientem habent. Ceteri Pollucem sequi ma-

τῷ πολέμῳ καὶ Ἁρμοδίῳ καὶ Ἀριστογείτονι ἐναγίσματα ποιεῖ.	περὶ Ἁρμόδιον ἐναγίζει.
Aristot. 60. I.	**Pollux. VIII. 93.**
κληροῦσι δὲ καὶ ἀθλοθέτας δέκα ἄνδρας, ἕνα τῆς φυλῆς ἑκάστης. οὗτοι δὲ δοκιμασθέντες ἄρχουσι τέτταρα ἔτη, καὶ διοικοῦσι τήν τε πομπὴν τῶν Παναθηναίων καὶ τὸν ἀγῶνα τῆς μουσικῆς καὶ τὸν γυμνικὸν ἀγῶνα καὶ τὴν ἱπποδρομίαν, καὶ τὸν πέπλον ποιοῦνται καὶ τοὺς ἀμφορεῖς μετὰ τῆς βουλῆς, καὶ τὸ ἔλαιον τοῖς ἀθληταῖς ἀποδιδόασι.	ἀθλοθέται δέκα μέν εἰσιν, εἷς κατὰ φυλήν, δοκιμασθέντες δὲ ἄρχουσιν ἔτη τέτταρα ἐπὶ τῷ διαθεῖναι τὰ Παναθήναια, τόν τε μουσικὸν καὶ τὸν γυμνικόν καὶ τὴν ἱπποδρομίαν.

En vides, quomodo Pollux loco priore Aristogeitonis sacra, posteriore totum finem enuntiati Aristotelei omiserit.

§ 5. Verbum ἐπερωτᾷ apud Aristot. 55. 4 nude positum e sermone inscriptionum intellegitur.

Si Wilamowitz[1]) in verbo ἐπερωτᾷ ab Aristotele cap. 55. 4 nude posito offendebat, sibi constans etiam verba paullo ante scripta φησίν et ἐπερωτῶσιν ab Aristotele abjudicare debebat, ubi nomina eorum, qui interrogabant, aeque supplenda sunt. Sed talis usus sermoni inscriptionum non alienus erat: cf. Mitth. des arch. Inst. zu Athen. VII. p. 368 (a. 346 a.

---

lunt, quod Wilamowitz l. l. I. p. 249. ann. 130 recte miratur. Philostr. vita sophist. II. 30 locus a Kaibelio, Stil u. Text p. 243 allatus ad sententiam Wilamowitzii debilitandam nullius est momenti.

1) l. l. I. p. 256.

Chr.) ὅσα ἐν τοῖς μέρεσιν, ἀνεγίγνωσκεν ἐκ τοῦ βιβλίου [1]) et nostrae sententiae, Aristotelem in hac parte e legibus ipsis pendere, maxime favet. Quo accedit alter locus 43. 6 a Foucartio [2]) notatus, ubi similiter Aristotelem ab usitata oratione discrepare videmus. Dico de verbis τρία ἱερῶν χρηματίζειν ... τρία δὲ ὁσίων pro τρία περὶ ἱερῶν χρηματίζειν ... τρία περὶ ὁσίων positis, quae non intelleguntur nisi e sermone inscriptionum. Exemplis a Foucartio collectis plura addere possumus, quae Meisterhanns [3]) de hac re congessit. Huius modi genus dicendi apud Aristotelem **philosophum** frustra quaeres neque quaerere debes, at invenies apud Aristotelem **historicum** (30. 5 πρῶτον μὲν ἱερῶν .... τέταρτον τῶν ἄλλων) et eos, qui in legibus nituntur (Aesch. I. 23 ὁ κῆρυξ .... προχειροτονεῖν κελεύει τοὺς προέδρους περὶ ἱερῶν τῶν πατρίων καὶ κήρυξι καὶ πρεσβείαις καὶ ὁσίων [4]).

§ 6. Harpocrationis glossam εὐθύνη non integram ad nos pervenisse verisimile est.

Aliud argumentum, quod Wilamowitz [5]) ex Harpocratione petiit, majoris auctoritatis esse videtur. Aristoteles enim de Rep. Ath. cap. 54. 2 diligenter enarrat, quomodo Athenis unusquisque magistratus rationes suas ad logistas rettulerit, ibique annotat, nullum magistratum hoc officio exemptum esse atque logistas solos esse, qui rationes illas reciperent et causas inde ortas judicibus traderent. Tum jam judices ipsi suam cuique reo multam dicunt: κλέπτοντες et δῶρα λαβόντες multa decemplici, ἀδικίου condemnati simplici, si ante nonam prytaniam poenam exsolverint, si minus, duplici pecunia mul-

---

1) cf. Meisterhanns Gramm. der att. Inschr. ² p. 157.
2) Revue de philologie 1894. p. 246/7.
3) Grammatik der attischen Inschriften. ² p. 168.
4) sic codd. Benseler καὶ ὁσίων post ἱερῶν τῶν πατρίων posuit, quem multi editores secuti sunt.
5) l. l. I p. 227 ann. 82.

tantur. Certe e solis verbis Aristoteleis etiam summa animi attentione lectitatis non concludi potest, philosophum alius cuiusdam sententiam tacitum corrigere aut refutare voluisse. Sed Wilamowitz se invenisse credit, quo hic locus spectet. Eum enim, a quo Harpocration s. v. εὐθύνη pendeat, hoc officium euthynis, non logistis tribuisse neque eidem ignotum fuisse, Aristotelem alia docere. Cum in verba magistri, quamvis egregii, Wilamowitzii jurare nolim, nisi postquam mihimet ipse sententiam non dubiam esse persuasi, in primis locus Harpocrationeus mihi inspiciendus est. Sane Dindorf typis excussit bis εὔθυνοι et Wilamowitz, qui epitomes tantum contextum exscribit, annotat: „lege εὔθυνοι". Sed libri manuscripti utroque loco aliam praebent lectionem, priore εὐθύναι, posteriore εὐθύνη. Talia legerunt cum Suid. s. v. tum Et. M. 391. 53, et unius lexici Segueriani V. 257. 15 gratia vix commovebimur, ut constantem omnium codicum lectionem relinquamus, praesertim cum loco lexici rhetorici modo allato propria illa tripertita legatorum, magistratuum, curatorum extra ordinem designatorum divisio desit. Itaque licet disquirere, quid nobis posterioris aetatis scriptores de euthynis et logistis tradiderint, et dispersa illa fragmenta, quantum fieri potest, in certum ordinem redigere.

Sed antequam hoc suscipiam, inter nos conveniat necesse est, quid de libro Harpocrationeo, qui inscribitur λέξεις τῶν δέκα ῥητόρων, judicandum sit. Constat inter omnes viros doctos [1]), fuisse quondam duas minimum pleniores lexici recensiones, e quibus altera etiam nunc in multis codicibus superest, altera a priore diversa lexici Vindobonensis et Michaelis Apostolii Byzantii in proverbiis colligendis fons fuit. Ex archetypo alio ac pleniores hae recensiones originem suam ducit epitome, quae dicitur, Harpocrationea, quia in hac satis multa insunt, quae in illis desiderantur. Unde efficitur, veram lexici

1) Dindorf ed. p. I—XX. Boysen l. l. p. 1—10. G. Kalkoff, De codicibus epitomes Harpocrationeae in: Dissert. philol. Hall. VIII. 1887. p. 143—191.

Harpocrationei formam nobis deesse et nos contentos esse oportere excerptis tum plenioribus tum brevioribus. Genuinum vero Harpocrationem numquam videbimus, **quartam autem Harpocrationis recensionem aliquando ut indagemus, fieri potest.** Quae spes veri similior facta est, ex quo tempore frustula chartacea e sepulcrorum Aegyptiacorum tenebris effossa multis novis rebus studia antiquitatis excitaverunt. Tale frustulum in museo aegyptiaco Berolinensi servatum et a Fr. Blassio[1]) jam 15 ante annos editum re vera nos docuit aut Harpocrationem ipsum fontes suos nimis in artum contraxisse, aut librum istum, quem Harpocrationis esse dicere solemus, temporum iniquitate nimis laceratum ad nos pervenisse. E sex enim glossis Demosthenis orationis Aristocrateae, quae in hoc fragmento inscriptae sunt, tres legimus ap. Harpocrationem s. v. μόραν, ὁδός, ὁ κάτωθεν νόμος. Sed glossae Aegyptiacae multo sunt pleniores, quam illae, quas libri Harpocrationei nobis praebent. Quibus locis comparatis apparet multa ab Harpocratione ipso aut librariis ejus omissa esse neque verba scriptorum veterum, ab Harpocratione ad verbum exscripta, velut Aristotelis de republica Lacedaemoniorum, Didymi Chalcenteri, integra mansisse. Quae res cum ita se habeat, Wilamowitzium probare non possum, epitomen Harpocratioueam tantum adhibentem, plenioribus recensionibus neglectis, quasi illa sola germanum Harpocrationem reddat, hae depravatum. In dubio igitur relinquendum est, quae genuina auctoris verba in nostra glossa fuerint.

Quam ob rem alios lexicographos et scholiastas perscrutemur. Glossae lex. Dem. Patm. p. 142 § 110, lex. Seg. V. 245. 6, Phot. s. v. εὐθύνα, Suid. s. v. εὐθύνη, quibus etiam Michael Psellus[2]) de actionum nominibus cap. 5 adjungendus est, ad eandem formam redeunt, quae haec fere fuit: εὐθύνη κυρίως ἣν εἰςάγουσιν οἱ λογισταὶ πρὸς τοὺς δόξαντας μὴ ὀρ-

1) Hermes. XVII. 1882. p. 148 sq.

2) Patrologiae graecae cursus completus ed. Migne. T. 122. p. 1007 sq.

θῶς ἄρξαι τῆς πόλεως ἢ πρεσβεῦσαι κακῶς ἢ ὅλως δημόσιόν τι καὶ κοινὸν διαχειρίσαντας. καὶ τὰ δικαστήρια μὲν οἱ λογισταὶ κληροῦσι. κατηγορεῖ δὲ ὁ βουλόμενος, καὶ τοῖς δικασταῖς ἐφεῖται τιμᾶσθαι τοῖς ἁλοῦσιν ὅσον βούλονται. Nemo quidem ex his scriptoribus plenam nobis explicationem servavit; modo hoc modo illud enuntiatum ab uno alterove omissum est et integra glossa ita restituitur, ut aliud ex alio suppleamus. At tamen non temerius me egisse credo, quod conjeci hunc fere fuisse verborum ordinem fontis, unde sua quisque mutuatus sit. Sane ille, qui primus judices sorte legendos logistis dedit, quicumque fuit, erravit[1]), et veri simillimum est causam huius erroris Aristotelem ipsum fuisse. Hic enim Ἀθην. πολ. cap. 56—59 officia novem archontum describens eis tribuit τὸ εἰςάγειν εἰς δικαστήριον et τὸ τοὺς δικαστὰς κληροῦν, logistis ib. cap. 54. 2 solum τὸ εἰςάγειν εἰς δικαστήριον. Unde ille vir ignotus, Aristotelem alterum logistarum officium omisisse ratus, jus corrigendi sibi vindicavit et officium τοῦ τοὺς δικαστὰς κληροῦν injuria demptum logistis reddidit. Brevius, sed tamen servata illa mira tripertita divisione, eandem glossam legimus in lexico Cantabrigiensi = schol. Plat. legg. p. 945 D. (II p. 483. 23 Dübner) his verbis: εὔθυνα κρίσις κατὰ τῶν ἀρξάντων ἢ πρεσβευσάντων ἤ τι τῶν πόλεως χειρισάντων ὅλως et primo vel altero vel tertio genere omisso in Timaei lex. platonico p. 125, ap. schol. Aesch. I. 1, III. 15. Qui loci omnes vocem εὐθύνη tantum interpretantur; utrum logistae an enthyni rationes receperint, non curant. Sed non solum prima illa glossarum series officium τοῦ εὐθύνας εἰςάγειν aut ἀπαιτεῖν logistis tribuit. Idem fecit lex. Dem. Patm. p. 142 ad § 117, ubi legimus λογισταί· ἀρχή τις παρ' Ἀθηναίοις τοὺς ἄρχοντας καὶ τοὺς πρεσβευτὰς ἀπαιτοῦσα τὰς εὐθύνας. Iterum nobis occurrit eadem divisio magistratuum, iterum logistae rationes magistratuum recipiunt.

Nunc jam ei loco propius accedere possumus, unde mea quidem sententia sequitur, etiam Harpocrationem quondam

1) Wilamowitz l. l. II. 232 Ann. 6.

idem docuisse: est schol. Aesch. III. 9, quale in cod. B exstat, qui olim Ed. Bernardi fuit, nunc in bibliotheca Bodlejana Oxonii servatur. Scholia illa[1]) levissimi sunt momenti; nonnulla e Polluce, Suida, scholiis Demosthenicis[2]), multa ex Harpocratione ab Josepho Scaligero adscripta esse dicuntur. cf. schol. Aesch. I. 18 = Harp. ληξιαρχικὸν γραμματεῖον· I. 59 = Harp. φιμοί addita voce ἀστράγαλοι, quae in libris manuscriptis Harpocrationeis postulatur, sed deest. I. 163 = Harp. epit. ἐπωβελία. II. 124 = Harp. Λοιδίαν. II. 126 = Harp. διαμεμετρημένη ἡμέρα. III. 122 = Harp. ἐπιδιετὲς ἡβῆσαι. Si quis scholium illud cum verbis Harpocrationeis composuerit, confitebitur, opinor, **nostro quoque loco hunc fuisse illius fontem.**

Harp. εὐθύναι. Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Νικίδου, εἰ νήσιος. εὐθύνη..... ὄνομα ἀρχῆς παρ' Ἀθηναίοις. δέκα δὲ τὸν ἀριθμὸν ἦσαν ἄνδρες, παρ' οἷς ἐδίδοσαν οἱ πρεσβεύσαντες ἢ ἄρξαντες ἢ διοικήσαντές τι τῶν δημοσίων τὰς εὐθύνας. διείλεκται περὶ αὐτῶν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ.	**Schol. Aesch. III. 9.** λογισταὶ δὲ ὄνομα ἀρχῆς. δέκα δὲ τὸν ἀριθμὸν ἄνδρες ἦσαν, παρ' οἷς οἱ πρεσβεύσαντες ἢ τι δημόσιον διοικήσαντες ἢ τινα ἀρχὴν ἄρξαντες ἐδίδοσαν τὰς εὐθύνας.

Sive Scaliger, sive alius quis fuit, qui haec verba ad marginem codicis B adscripsit, **legit certe in suo libro Harpocrationeo logistarum hoc officium fuisse.** Quod si in hoc libro non scriptum fuit, intellegere non possum, primum cur non alteram glossam Harpocrationeam s. v. λογισταί sibi elegerit ad vocem λογισταί explicandam, tum unde cognoverit logistas rationes recepisse, non euthynos.

1) ed. Ferd. Schultzii p. 249—250.

2) quibus etiam schol. Aristophanea addenda sunt cf. schol. Aesch. III. 197 = schol. Ar. Ach. 693.

At iniquum esse puto id celare, quod sententiam meam impugnare possit. Sunt enim loci re vera, quibus euthynis idem officium tribuitur, quod logistarum fuisse modo contendimus: lex. Seg. V. 257. 15 = lex. Dem. Patm. p. 153 s. v. εὔθυνοι = schol. Plat. legg. p. 945 B (II. 483. 6 Dübner) init., quibus adde Phot. s. v. εὐθῦναι. Sed his locis, ubi e contrario euthyni cum logistis aequantur primum, ille modus magistratuum in tria genera dividendorum prorsus deest, tum in loco Platonico explanando hae glossae versantur, doctrina vetere spreta. Pollux VIII. 45 initio cum lex. Cant. s. v. [1]) congruit, mox ingenio suo proprio fretus e capitibus Aristoteleis 48. 3—5 et 54. 2 prave intellectis tale jus verrinum coquit, quale etiam homines eius aetatis fastidiverint. De altero Pollucis loco VIII. 99 et 100, ubi logistas et euthynos commemorat, liceat mihi infra disputare, quia eum hic ex Aristotele ipso transcripsisse persuasum habeo. Idem fons apparet in lex. Cant. s. v. λογισταί [2]), lex. Seg. V. 276. 17 = Et. M. 569. 32, lex. Seg. V. 310. 6, Phot. s. v. ἡγεμονία δικαστηρίου; sed unus vel plures auctores inter Aristotelem et lexicographos illos intercesserunt.

Nunc quaeri licet de priore glossarum serie, quibus omnibus hoc commune fuisse vidimus, diligentissime discerni inter legatos et magistratus ordinarios et extraordinarios. Unde concludere possumus, omnes ad **eundem** fontem recurrere et, quia eadem sententia diversis enuntiatis expressa nobis occurrit, auctorem temporibus satis antiquis fuisse. Sed, num **Alexandrinorum**, quam dicunt, aetate antiquior fuerit, dubium est. Nam si celebratas illas et a multis veteribus interpretibus saepissime explicatas lectitatasque orationes Demosthenis (19 et 18) et Aeschinis (2 et 3) de falsa legatione et de

1) cf. supra p. 35.

2) Recte Kaibel, Stil u. Text p. 227. an . l. similitudinem inter glossas lex. Cant. et lex. Seg. V. indicavit. Nescio quo pacto quibusque ambagibus uterque scriptor ad eundem fontem jam derivatum redeat.

corona perlegimus, utrumque oratorem sescenties de εὔθυνα verba facere invenimus, Aeschinem in primis (3. § 9—32) legem de hac re latam longius interpretari et saepius τοὺς ἄρχοντας distinguere a τοῖς τὰ δημόσια χρήματα διαχειρίζουσιν vel τοῖς τὰ τῆς πόλεως διαχειρίζουσιν, quos Demosthenes 19. 2 τοὺς πράξαντάς τι τῶν κοινῶν καὶ διοικήσαντας vel similiter appellat. Inde facile unus e philologis Alexandrinis, quos oratoribus atticis explicandis operam dedisse constat, doctam illam doctrinam, assumptis e causa περὶ τῆς παραπρεσβείας legatis, fingere potuit, quae mutata et contracta et ab alio alii tradita denique in lexica nostra rhetorica pervenit. Quod etsi pro certo affirmari non potest, tamen fieri potuisse concedendum est.

Hoc autem ideo silentio praeterire nolui, quia Wilamowitz interdum nimis large temporibus et fontibus antiquioribus tribuere mihi videtur, quae fortasse Alexandriae viri grammatici ex orationibus etiam tunc integris ipsi interpretando conjecerunt. Huc mea quidem sententia pertinet id, quod Harpocration de synegoris s. v. συνήγοροι narrat (unde Suid. s. v. = Et. M. 735. 26). Antiphon huius magistratus duabus in orationibus mentionem fecit ibique non apertis verbis dixit, sortene an suffragio constituti sint. Itaque philologus quidam, qui in rebus dubiis cautus esse debet, pro συνήγοροι χειροτονοῦνται maluit dicere: ἐοίκασι χειροτονεῖσθαι συνήγοροι. Nos inde hoc tantum percipimus, in Antiphontis orationibus hunc magistratum commemoratum esse, sed non perspicuum fuisse, quomodo munus eis mandaretur. Wilamowitz [1]) vero statim scribit: ‚die συνήγοροι sind im 5. Jh. ohne Zweifel immer gewählt'. At praeterquam, quod illud ἐοίκασι nos, ut caveamus, monet, nondum exploratum est, an synegori Antiphontei diversi fuerint ab Aristoteleis. Gilbert [2]) illos litibus sociorum populi Atheniensis occupatos esse facit, nempe quia Antiphon eorum in oratione, quae περὶ τοῦ Λινδίων φό-

1) l. l. I. p. 233 c. ann. 94.
2) gr. Staatsalterth. I² 477.

ρου inscribitur, mentionem facit. Tales causarum publicarum patronos, qualis Pericles erat, cum Cimonem accusabat, semper non sorte, sed suffragio e praestantissimis civitatis viris electos esse per se consentaneum est. Scholiastam Aristophanis [1]), qui ad ea, quae ex Aristophane ipso cognovit, synegoros singulas drachmas mercedem accepisse, statim magistratum Aristoteleum adjungit, aliena miscere jam Schömann [2]) ostendit. Eosdem lex. Seg. V. 301. 4 et Phot. s. v. cum privatis causarum actoribus composuit. Quod lex. Cant. s. v. λογισταί hariolatur, postquam Kaibel [3]) glossam Aristotelis auxilio correxit, jam non pro documento afferri potest, logistas et synegoros umquam suffragio constitutos esse. Majoris est momenti decretum Myrrhinusiorum [4]) annis post 344—340 lapidi incisum h. e. eisdem fere temporibus, quibus libellus noster de Republica Atheniensium conscriptus est. Euthyni, logistae, synegori pagi [5]) mirum quantum respondent magistratibus reipublicae, nisi quod illi suffragio legebantur. Cum notum sit, instituta reipublicae pagis plerumque exemplo fuisse [6]), profecto mirari possumus, cur Myrrhinusii ab hoc exemplo discesserint. Itaque haec de synegoris quaestio contorta, donec novi tituli certiora docuerint, in suspenso relinquenda est.

Jam supra vidimus e loco Harpocrationeo s. v. εὐθύναι nondum certo concludi posse, fontem Aristotele antiquiorem et ab eo diversum hic nobis praesto esse. Quo accedit altera causa e verbis Harpocrationeis ipsis hausta. Harpocration enim vel Harpocrationis fons, testimonii loco nominat Aristotelis de Republica Atheniensium libellum. At per se veri dis-

---

1) Vesp. 691.
2) de comitiis p. 108.
3) Stil u. Text p. 227.
4) CJA. II. 578.
5) Köhler ad CJA. II. 578 contra R. Schöllium, de synegoris atticis p. 29 sq. jure contendit, magistratus Myrrhinusios, non Atticos intellegendos esse.
6) Reusch, dissert. Argentor. III p. 66.

simillimum putandum est, futurum fuisse, ut Aristoteles laudaretur, si toto caelo alia tradita essent ac, quae hic de logistis docuerat. Si contra Aristotelem euthynis officia logistarum tribuisset, nullo modo, puto, sub finem pure addidisset: διείλεκται περὶ αὐτῶν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ discrimine doctrinae Aristoteleae ne syllaba quidem annotato. Adsunt nobis ad comparandum loci plus quam quinquaginta Harpocrationei, ubi libellus Aristoteleus adhibitus est. Quem lexicographus noster variis modis excerpit, tum verba Aristotelea integra retinet, tum oratione, quae dicitur, obliqua utitur, tum Aristotelem testem producit. Qua in re interdum accidit, ut verbis fontis nimis contractis vera sententia non ante cognosci posset, quam novus libellus nobis donatus esset, velut s. v. ἱππὰς: Ἀριστοτέλης δ'ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ φησὶν ὅτι Σόλων εἰς 4 διεῖλε τέλη τὸ πᾶν πλῆθος Ἀθηναίων, πεντακοσιομεδίμνους καὶ ἱππέας καὶ ζευγίτας καὶ θῆτας. Quae ex Ar. cap. 7. 3. sumpsit, omisso enuntiato καθάπερ διῄρητο καὶ πρότερον ita, ut secundum Harpocrationem Aristoteles dixisse videatur, Solonem primum populum Atheniensium in quattuor istas classes distribuisse. Revera autem Aristoteles contendit, Solonem ordines ante eum jam constitutos suis tantum legibus et institutis accommodasse. Sed numquam, ubi Aristotelem laudat, eius doctrinae contraria affert. Omnino affirmare possumus, ab Harpocratione verba Aristotelea optime conservata esse, sententias eius justissime redditas esse, quotcumque locis Harpocrationea ponderare possumus e verbis ceterorum lexicographorum graecorum. Semel tantum s v. ἐπιστάτης = Ar. cap. 44. fontem tantopere mutilat, ut ἐπιστάται πρυτάνεων et προέδρων pares fuisse videantur, cum revera hic ab illo demum sorte crearetur, id quod integer Aristoteles nos docuit. Altero loco s. v. ἀντιγραφεύς Aristotelem liberius tractasse videtur, de qua re infra uberius dicendum erit. Iisdem vel similibus verbis quibus nostro loco Harpocration Aristotelem hisce locis testem producit: s. v. διαμεμετρημένη ἡμέρα, διαιτηταί, πρυτανεία, πωληταί. Primus locus quatenus ex Aristotele pendeat, dijudicari non potest, quia charta Aegyptiaca sub finem (pag. XXXVI.

a. 7. 8) discissa et dilacerata est. Si supplementis Blassii[1]) fides tribui potest, Harpocration ab Aristotele longe se removit. Sed sint haec supplementa vera, ne expectare quidem debemus Harpocrationem Aristotelis vestigiis ingressurum esse, quia antea aperte dixerat, optime oratores ipsos hanc rem illustravisse, itaque per se par est, Harpocrationem auctores, qui manifestissime de his rebus disputaverunt, in primis Aeschinem secutum esse, at non eum, quem secundo tantum loco nominat. Aliter est judicandum de glossa πωληταί, ubi Hyperides et Aristoteles una laudantur, sed ita, ut statim appareat, in illius oratione hunc magistratum commemoratum, sed non uberius explicatum esse, quam ob rem exspectari licet, Harpocrationem hoc loco philosophum non aspernatum esse. Atque re vera, si hanc glossam cum Ar. cap. 47. 2 contulerimus, negare non poterimus, auctoritatem Aristotelis magnopere valuisse in glossa Harpocrationea conscribenda. Idem observabimus, si reliquas duas glossas διαιτηταί, πρυτανεία et Ar. capita 53. 2, 43. 2 inter sese comparaverimus: verba mutantur, sententia eadem est. Igitur alia via ad idem reducimur, ut negemus Harpocrationem umquam euthynis logistarum officia tribuisse et conjiciamus **hanc glossam non integram usque ad tempora nostra mansisse.**

§ 7. Inde, quod Aristoteles nonnulla omisit, quae aliunde nota sunt, non sequitur, ut fontem quendam litteris mandatum contraxerit.

Quod denique Aristoteles cap. 55 non dicit coronam myrteam insigne novem archontum fuisse, cum alii scriptores illius rei mentionem faciant[2]), id non magis ei crimini dandum est, quam quod non annotavit archontes munere per-

1) ed. II. p. 103 v. 3 sq
2) Wilamowitz I. 243 cum not. 116.

functos probatosque in Areopagum lectos esse [1]. Utrumque ex oratoribus graecis [2] nobis jamdudum notum erat. Neque hoc neque illud Aristotelis hoc loco, ubi officia magistratuum singulorum descripturus erat, intererat. Altero vero loco cap. 57. 4, ubi patrios vetustosque judicandi mores judiciorumque genera enarrare studet, e re erat ne harum quidem quisquiliarum oblivisci: archontem regem judicantem coronam myrteam deposuisse. Neque inde, quod alii scriptores graeci, in primis Pollux VIII. 86, hanc lacunam Aristoteleam suppleverunt, fontem Aristotele et uberiorem et antiquiorem nos aperturos esse sperari licet. Nam mihi quidem res non controversa esse videtur, Pollucem VIII. 86 et VIII. 94 divulsa disjunctaque praebere verba Philochorea, quae Phot. s. v. οἱ νομοφύλακες et lex. Cant. s. v. νομοφύλακες integriora et pleniora servaverunt.

Poll. VIII. 86. (οἱ ἐννέα ἄρχοντες aut θεσμοθέται, quo nomine novem archontes saepissime postea appellatos esse constat) μυῤῥίνῃ ἐστεφάνωντο.

Poll. VIII. 94. νομοφύλακες ἐστεφάνωνται μὲν στροφίῳ λευκῷ, τὴν δὲ πομπὴν πέμπουσι τῇ θεῷ, τοῖς δὲ προέδροις ἐν ἐκκλησίαις συγκαθί-

Phot. s. v. οἱ νομοφύλακες τίνες· ἔδοξέ τισι τοὺς αὐτοὺς εἶναι τοῖς θεσμοθέταις, ἀλλ' οὐκ ἔστιν οὕτως· οἱ μὲν γὰρ θεσμοθέται κατὰ τὰ πάτρια ἐστεφανωμένοι ἐπὶ τὸν Ἄρειον πάγον ἀνέβαινον· οἱ δὲ νομοφύλακες στροφίοις λευκοῖς ἐχρῶντο· καὶ ἐν ταῖς θέαις ἐπὶ θρόνων ἐκάθηντο καταντικρὺ τῶν ἐννέα ἀρχόντων

Lex. Cantabr. νομοφύλακες ἕτεροί εἰσι τῶν θεσμοθετῶν, ὡς Φιλόχορος ἐν τῇ ζ'. οἱ μὲν γὰρ ἄρχοντες ἀνέβαινον εἰς Ἄρειον πάγον ἐστεφανωμένοι· οἱ δὲ νομοφύλακες στρόφια λευκὰ ἔχοντες καὶ ἐν ταῖς θέαις ἐναντίον ἀρχόντων ἐκαθέζοντο καὶ τὴν πομπὴν ἔπεμπον τῇ Παλλάδι· τὰς δὲ ἀρχὰς ἠνάγκαζον

1) Hoc Aristot. 60. 3 occasione oblata de archonte eponymo commemoravit, sed ad aliam rem explicandam attulit. Arist. 3. 6 autem de temporibus vetustissimis agit.

2) Lys. 26. 8; [Dem.] 26, 5; [Dem.] 58. 27.

ζουσιν, διακωλύοντες ἐπιχειροτονεῖν ὅσα μὴ συμφέρει.

καὶ τῇ Παλλάδι τὴν πομπὴν ἐκόσμουν, ὅτε κομίζοιτο τὸ ξόανον ἐπὶ τὴν θάλασσαν· ἠνάγκαζον δὲ καὶ τὰς ἀρχὰς χρῆσθαι τοῖς νόμοις καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐκάθηντο μετὰ τῶν προέδρων κωλύοντες ψηφίζειν, εἴ τι παράνομον αὐτοῖς εἶναι δόξειεν ἢ ἀσύμφορον τῇ πόλει.

τοῖς νόμοις χρῆσθαι καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἐν τῇ βουλῇ μετὰ τῶν προέδρων ἐκάθηντο, κωλύοντες τὰ ἀσύμφορα τῇ πόλει πράττειν. ἑπτὰ δὲ ἦσαν, καὶ κατέστησαν, ὡς Φιλόχορος, ὅτε Ἐφιάλτης μόνα κατέλιπε τῇ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῇ τὰ ὑπὲρ τοῦ σώματος.

Nonnullis fortasse audacius, quam aequum erat, hoc contendisse videbor. A quibus peto, ut judicium suum reprimant, dum altero capite una mecum in rationem inquisiverint, qua Pollux in onomastico conscribendo sit usus vel abusus. Nunc id tantum colligi juvat. **Cum Atthidographus thesmothetarum una cum nomophylacibus mentionem fecerit et, quid intercedat inter utrumque magistratum, annotaverit; cum deinde constet, nomophylaces rei publicae Atheniensium usque ad extremum IV saec. abrogandos esse; cum denique ab omnibus** [1]**), quorum judicium valet, concedatur, auctorem lexici Cantabrigiensis Philochorum aut prave intellexisse aut nimis**

---

1) Strenge, quaest. Philochor. Gött. 1868. p. 5 — 42. Gilbert, gr. Staatsalt. I². 1893. p. 172. 177. Busolt, gr. Staats- u. Rechtsalterthümer.² 1892. p. 189. Wilamowitz l. l. II. 192. ann. 6. Philochorus fortasse nomophylaces non omnibus novem archontibus, sed sex tantum thesmothetis opposuit, qui una cum scriba suo (cf. Arist. 59. 7, 63. 1) numerum illorum (7) — si lex. Cant. fidem tribuimus — aequant. Quod si ita est, Pollux hic idem peccavit, quod in verbis, quae subsequuntur, *καὶ κοινῇ μὲν ἔχουσιν ἐξουσίαν θανάτου, ἐάν τις κατίῃ, ὅποι μὴ ἔξεστι* cf. Meier-Schömann-Lipsius, Att. Proc. I. p. 55. ann. 36.

mutilasse et nomophylaces magistratibus novis a Demetrio Phalerensi creatis adnumerandos esse: etiam verba Pollucea ultra Philochorum fontem persequi non possumus. Quod si schol. Aesch. I. 19, schol. Aristoph. Vesp. 861. Equit. 964. Ran. 330. Hesych. s. v. μυῤῥινῶν Phot. s. v. μύῤῥινος et μυῤῥινῶν eadem atque Pollux VIII. 86 tradiderunt, enuntiato tum ad vocem στεφανηφόρος, tum ad voces μυῤῥίνη, στέφανον μύρτων, similes adscripto, hoc nullius momenti esse puto neque omnes locos fonti eidem ultimo reddere dubito. Novi enim prorsus nihil addiscimus, nisi quod Apollodorus [1]) corona myrtea ideo thesmothetas ornatos esse dixit, quia myrtus dis inferis sacra fuisset.

Hi fere fuerunt loci praecipui, unde fontem Aristotelis litteris jam editum cogi Wilamowitz crediderit. Nullum autem argumentum a viro docto prolatum nobis necessitatem imposuit, ut hanc sententiam reciperemus. Locos vero, quales sunt cap. 46. 1 de senatu anno insequenti, non eodem, quo munere fungebantur, honoribus decorato, cap. 51. 3 de numero officiisque σιτοφυλάκων auctis, cap. 57. 2 de cura parricidae sacris prohibendi, quae archontis regis erat, cap. 57. 3 de causis capitalibus, quae solae Areopagitis dijudicandae reliquae erant, Wilamowitz [2]) tam egregie est interpretatus, ut non habeam, quod addam. Quibus locis comprobatur confirmaturque id, quod supra [3]) dixi, Aristotelem diligentissime operam dedisse, ut leges, quibus usus esset, et inter se et cum statu reipublicae, qualis tum esset, concinerent. Quae diligentia quanta laude digna sit, neque philosophus praesagire potuit, neque nos, homines posteri, satis grato animo profiteri possumus.

---

1) Schol. Ar. Ran. 330.
2) l. l. I. 211 ann. 44; I. 220 ann. 65, 66; I. 254 ann. 142.
3) p. 5.

§ 8. Neque statuendum est Aristotelem sententias alius cuiusdam tacitum impugnare.

Sed caveamus, ne sub verba Aristotelis plus subjiciamus, quam quod ipse auctor dicere voluit. Hoc mihi fecisse videntur Lipsius[1]) cautius, audacius Wilamowitz[2]), cum verba cap. 52. 1 καὶ γὰρ ταύτας εἰςάγουσιν οἱ ἕνδεκα contrariae cuiusdam sententiae opposita esse interpretarentur. Diligentius igitur locum illum perscrutemur, num re vera occulta quaedam alienae opinionis reprehensio subsit. ‚Undecimviros' Aristoteles inquit, ‚Athenienses sorte eligebant, qui consulerent carceri et fures, qui manifesto in facinore deprehenderentur, peccatum confessos supplicio afficerent, negantes in jus vocarent. Eorundem deinde erat, agros domosve publicata judicibus dijudicanda et, quae hi publica esse decreverunt, poletis auctionanda tradere'. Quae officia omnia necessario cum cura vinculorum artissime cohaerent. Nullius enim hominis bona in publicum addicebantur nisi eorum, qui antea propter crimen gravissimum capitis poena digni essent facti. Utrique igitur generi et eorum, qui furti accusati erant, et eorum, quorum bona publica facta erant, hoc commune erat, facinus jam commissum et reum in vincula abreptum fuisse, cum in causa ἐνδείξεως magistratus ad locum facinoris adduceretur, ut ipse maleficum corriperet[3]). Quod paullulum aberat ab officio eorum, qui **carceri** praeerant. Apte igitur Aristoteles verba sic disposuit: undecimviros non solum furti reos, non solum bona in publico vendenda judicio tradidisse, sed etiam causas ἐνδείξεως. Quas non plane condicioni jurique undecimvirorum respondisse inde quoque elucet, quod thesmothetae partem harum causarum sibi vindicaverunt. Sic fere sententia Aristotelea interjecta intellegi potest, nullo ignoto atque obscuro Aristotelis adversario ex inferis elicito.

---

1) Berichte der sächs. Ges. d. Wiss. 1891. p. 54. ann. 1.
2) Wilamowitz l. l. I. 222. ann. 71.
3) Meier-Schömann-Lipsius, Att. Proz. p. 286.

Omnino mihi res periculosa valdeque dubia esse videtur, indagare, quid Aristoteles scribere potuerit, quid minus. Facillime evenit, ut, quod ipse non scripturus fueris, auctorem tuum scripsisse neges temporis ratione neglecta. Contra quod quomodo ipse scribi vis, id si non eodem ordine scriptum reppereris, scriptoris consilio alienum judicandum et antiquiori fonti tribuendum esse, statim censes. Quod periculum ne Wilamowitz quidem, quo nemo profundiore doctrina, nemo elegantiore judicio praeditus est, vitavit. Ita exempli gratia[1]) ὁδοποιούς 54. 1 potius una cum ἀστυνόμοις 50. 2 conjunxerit, λογιστάς 54. 2 statim εἰςαγωγεῦσι 52. 2, 3 et τοῖς τεσσαράκοντα 53. 1, 2 annexuerit, quod de παραδείγμασι atque de πέπλῳ 49. 3 legimus, eo transposuerit, ubi de ceteris officiis senatui demptis tractatur 45. 3, curam victorias et praemia faciendi 49. 3 ibi legerit, ubi de cura navium disseritur 46. Quae cum non ordine a Wilamowitzio postulato descripta sint, nimis lubenter culpam illi fonti Aristoteleo attribuit. Sed hoc nondum disceptatum est, num tam **subtilem** argumenti dispositionem in hoc librorum Aristoteleorum genere postulare liceat. Veri simillimum mihi esse videtur, quod Br. Keil[2]) exposuit, Aristotelem in Republica Atheniensium primum de senatu (cap. 43—49), tum de magistratibus (cap. 50—62), denique de judiciis (cap. 63 sq.) egisse, quia in Politicis (Z [Δ] 14 p. 1297^{b} 41 — 1298^{a} 3) eodem ordine τὸ βουλευόμενον, τὸ περὶ τὰς ἀρχάς, τὸ δικάζον tria uniuscuiusque civitatis fundamenta esse definivisset. Quomodo autem alteram partem de magistratibus dispertire in animo haberet, auctor ipse cap. 43. 1 satis aperte indicaverat: primum enim magistratus sorte ductos, tum suffragio constitutos nobis proferre voluit. Cui consilio posteriori prius illud nonnihil impedimento fuit. Quo

1) Wilamowitz l. l. I. 226, 213. Similiter Br. Keil, die solonische Verfassung in Aristoteles' Verfassungsgeschichte Athens. Berlin 1892. p. 230 ann. 2 judicaverat, at hunc ordinem fonti Aristoteleo crimini dare non ausus erat.

2) l. l. p. 229.

factum est, ut inter officia senatus describenda nonnullos magistratus sorte ductos intermisceret, qui cum illo arte cohaererent. Sed in universum propositi tenax fuit itaque ἀρχὰς κληρωτάς cap. 43. 2—61 percensuit, quas a capite 61 ἀρχαὶ χειροτονηταί secutae sunt. Hoc autem genus magistratuum cur tam paucis verbis absolverit, eo excusare solent, quod ante cap. 61 lacuna magna hiat, qua interciderunt magistratus in quadriennium creati, velut ταμίας τῶν στρατιωτικῶν, οἱ ἐπὶ τὸ θεωρικόν, ὁ τῶν κρηνῶν ἐπιμελητής. Sed non solum Pollux [1]), verum etiam Harpocration non plura ac nos legisse videtur. Quod propterea veri simile esse puto, quia, si Harpocration habuisset plenum librum, in voce θεωρικά interpretanda in primis, cum verba scriberet, ἦν δὲ ἀρχή τις ἐπὶ τοῦ θεωρικοῦ, sine dubio hunc fontem laudare non praetermisisset. Ceteris enim locis, ubicumque ei occasio operis Aristotelei praecipue posterioris partis laudandae data est, numquam id oblitus est, cf. exempli gratia s. v. ταμίαι, πωληταί, ἀποδέκται, ἀγορανόμοι, ἀστυνόμοι, μετρονόμοι, σιτοφύλακες etc. etc. Quae cum ita sint, cum neque Pollux neque Harpocration pleniorem librum habuisse videantur, nondum exploratum mihi esse videtur, num haec lacuna ab Aristotele umquam expleta fuerit [2]). Quod sive probas, sive repudias, argumentum ab Aristotele hoc modo distributum esse negari non potest. Sed num ultra hanc distributionem ab auctore si non confectam at tamen animo intentam ullam aliam quaeri aequum sit, mihi dubium esse videtur. Aristoteles officia senatus, quae a cap. 49, 3 usque ad finem capitis enumerat, fortasse nullo ordine petito ceteris adjunxit, ne quid omitteret, quod paullo gravius ei videretur. Multa leviora certe de

1) Wilamowitz l. l. I. 296. ann. 12. Blass (ed. II.) ann. h. l.

2) Qua in re cum Keilio l. l. p. 196 ann. 1 consentio. Wilamowitz l. l. I. 207 ann. 34 ad eandem opinionem pervenisse videtur, licet obscure cauteque loquatur. Kaibel, Stil u. Text p. 251, quamquam ipse rectissime animadvertit, nusquam in late disjectis huius generis ruinis vel minima magistratuum in quadriennium creatorum vestigia detegi posse, in priore sententia perseverat.

industria silentio praeteriit, quod ipse indicat verbis: συνδιοικεῖ δὲ καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρχαῖς τὰ πλεῖσθ', ὡς ἔπος εἰπεῖν. Simili ratione adduci poterat, ut curatores viarum, eos qui a rationibus essent, scribas, sacerdotes, magistratus Salamini et Piraeo praepositos cap. 54 afferret, antequam sub finem huius partis novem archontes una describendos aggressurus esset. Sicut a quadragintaviris cap. 53 ad diaetetas deflexit, quia huius magistratus in officiis quadragintavirorum enarrandis saepius mentionem faceret, necesse erat [1]), ita ad εἰςαγωγέας animus ejus se convertere potuit, quia antea ei multum de εἰςάγειν disserendum erat. Nolo contendere me in Aristotelis consilium melius Wilamowitzio penetrasse, neque audeo perseverare, scriptorem sic neque aliter res disposuisse. Hoc vero, opinor, mihi concedes, non necesse esse, ut inde concludamus Aristotelem fonte suo coactum esse ut hanc distributionem retineret.

§ 9. Fons ipse, quem Wilamowitz ponit, cum indole Atthidis, quantum nobis e fragmentis et judicio Dionysii Halicarnassensis cognita est, non congruit.

Tum ne hoc obliviscamur, cavendum est, Aristotelem, quantum scimus, **primum fuisse**, qui, quamquam hominibus nostrae aetatis non sufficit, tamen certa et diligenti ratione summam rei publicae Atheniensium in hac libelli parte nobis explicaret. Nam fontem a Wilamovitzio postulatum, qui nondum comprobatus sit, summo jure etiamnunc secludere possumus. Etsi quomodo historia litterarum graecarum, praesertim quae ad res gestas publicasque pertinerent, processerit, satis certis finibus circumscribere possumus [2]), tamen nullius

1) cf. supra p. 9.
2) cf. R. Schöll, die Anfänge einer politischen Literatur bei den Griechen. Festrede, München 1890.

scriptoris memoria nobis servata est, qui similia conscripserit, unde Aristoteles vel minimam particulam mutuari posset. Aegre commovemur, ut credamus, iniquitate temporum memoriam talis libri, si quidem exstiterit, prorsus evanuisse aut gloria libri Aristotelei ita oblivione obrutam esse, ut ne vestigium quidem ejus ad nos pervenerit. Quicumque de Atheniensium republica ante Aristotelem separatim scripserunt, hanc rem perstringere neque voluerunt neque potuerunt.

Auctor libelli ps. Xenophontei Ἀθηναίων πολιτεία [1]) id, quod sibi proposuit, ipse prima paragrapho pronuntiat: ὡς εὖ διασῴζονται τὴν πολιτείαν καὶ τἄλλα διαπράττονται ἃ δοκοῦσιν ἁμαρτάνειν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι, τοῦτ' ἀποδείξω. Cuius propositi tenax, quae cuiusque magistratus fuerint officia, non curat neque, si curasset, describere potuisset; summa enim ira summoque studio scribens et summopere optimatium partibus favens numquam de institutis reipublicae liberae, odiosae et contemptae, juste judicasset.

Idem ad alterum quadrat, cuius opusculum exceptis paucissimis fragmentis [2]) totum periisse maxime dolemus, Critiam Atheniensem [3]). Uterque nimis erat implicatus rebus intestinis Atheniensium et egebat judicii acumine libero, quo philosophus noster, qui neutrius partis esset, praecipue praeditus fuit.

Sed ne ei quidem, a quibus proprie res atticae expositae sunt, quos Atthidographos [4]) nominare solemus, talia conscripsisse exspectandi sunt. Etsi de prioribus Atthidum scriptoribus non multa comperta habemus, tamen e forma operum posteriorum scriptorum, in primis Philochori, satis certe enucleare possumus, quomodo priores Atthides compositae fuerint. Tum diserte de communi omnium Atthidum indole testatur

1) Hic liber quid sibi voluisset, rectissime R. Schöll l. l. p. 14—25 exposuisse mihi videtur.

2) Frg. histor. graec. ed. C. Müller. II. p. 70.

3) De indole huius viri ejusque librorum postremus Wilamowitz egit l. l. I. p. 175 ann. 78.

4) Frg. histor. graec. ed. C. Müller. I. p. 359—417.

Dionysius Hal.[1]), judex certe gravissimus: Ταῖς χρονικαῖς παραπλήσιον, ἃς ἐξέδωκαν οἱ τὰς Ἀτθίδας πραγματευσάμενοι· μονοειδεῖς γὰρ ἐκεῖναί τε καὶ ταχὺ προσιστάμεναι τοῖς ἀκούουσιν. Id igitur, quod iis libris in primis peculiare erat, ratio erat, qua singulas res gestas descripserant, ratio libris annalibus Romanorum simillima. Unumquidque secundum temporum seriem enarrabatur, quo fundamento usi in certo quidque anno collocabant. Quae ratio e compluribus fragmentis etiamnunc elucet, cf. Philochor. frg. 97, 132, 135, 144, 146, Androt. frg. 46, 47, alia. Temporum ordine servato maxime varias diversissimasque res tractabant: interna externa, privata publica, sacra profana narrando persecuti sunt. Neque dubium est, quin etiam ad magistratus institutaque publica animos adverterint, cuius rei memoria satis multis locis apparet, velut in Clidemi frg. 8, Androtionis frg. 3, Philochori frg. 61, 67, 68, 79[b], 85, 91, 101, 122, 133, 141[a], 141[b], 142, 143, 155[b]. Sed quia temporum nexu coerciti impeditique erant, **numquam totam seriem magistratuum uno in conspectu proferre potuerunt**: id quod Wilamowitz de eo Atthidographo, quem fontem Aristotelis suspicatur fuisse, postulat. Immo vero nisi variis locis et libris inter sese distantibus de singulis magistratibus disputare non potuerunt, quia hi non eodem anno orti sunt, sed alius alio tempore est constitutus. Philochorus de νομοφύλαξιν (frg. 141[a, b]) et γυναικονόμοις (frg. 143) libro VII, ubi tempora Demetrii Phaleriensis enarravit, scripsit, quia hi magistratus ab illis temporibus originem suam ducunt[2]). Nonnulla instituta publica tum explicabant, cum de certa quadam re gesta verba faciebant. Androtion et Philochorus (frg. 133), quid sibi vellet διαψήφισις, explanaverunt, cum de διαψηφίσει anni 346 egerunt, Clidemus (frg. 8) nau-

---

1) Roman. antiquit. I. 8.

2) cf. Aug. Böckh, über den Plan der Atthis des Philochoros in: Abhandlungen der Kgl. preuss. Acad. d. Wiss. zu Berlin 1832 = Gesammelte kleine Schriften Bd. V. p. 397. Strenge l. l. p. 16/17.

crares, Androtion (fr. 3) apodectas et colacretas commemoraverunt, ubi rempublicam a Clisthene permutatam descripserunt. Philochorus de ostracismo (frg. 79 b) libro III exposuit i. e. eo libro, ubi de Clisthene, a quo hoc institutum lege sanctum esse contendit, disseruit[1]. Alia non tam perspicua sunt, sed tamen, opinor, vix quemquam adversarium habebimus, si **negabimus, ab ullo Atthidographo umquam statum reipublicae Atheniensium sic descriptum esse, ut apud Aristotelem legimus.**

Quibus rebus perpensis et consideratis, cum ea, quae Wilamowitz opponit, parum valere et auctorem, quo duce Aristoteles hanc operis partem componere posset, nullum umquam, quantum scimus, fuisse viderimus, porro cum Atthidem hunc fontem fuisse, quantum e toto genere Atthidum concludi potest, veri dissimillimum sit, in eo acquiescendum nobis est, quod primo initio dixi. **Leges ipsae Aristoteli plurima suppeditaverunt,** quarum auxilio hanc libri partem conscripsit. At si ita res se habent, aliter explicanda nobis sunt, quaecumque praeter Aristotelea apud scriptores posteros, lexicographos et grammaticos, invenimus. Sed priusquam huic rei me totus dedero, capite proximo disquirere institui, quibus auctoribus Aristoteles sua aut ipse aut per rivulos nonnullos largitus sit, et quatenus haec auctoritas Aristotelis certis finibus circumscribi possit. Quo officio exacto et bonis Aristoteleis ab alienis sejunctis jam tuti quaestioni postremae accedere poterimus.

1) cf. Böckh. l. l. p. 411.

Caput II.

Quatenus Aristotelis auctoritas ad posteros scriptores pertineat.

Sicuti initio prioris capitis Wilamowitz paene solus laudandus erat, ita etiam alterum caput incipiamus ab eis fundamentis, quae hic vir doctus certo modo posuit [1]). Quibus nixi tentemus, utrum huius sententias totas recipiamus an mutatas in usum nostrum vertamus. Atque hoc quidem in dubium venire jam non potest, **quin Pollux in libro VIII. conscribendo Aristotele ipso usus sit.** Quod etsi Schöffer [2]) negavit, tamen, cum nulla argumenta ad sententiam Wilamowitzianam debilitandam adhuc protulerit, valet id, quod luce clarius a Wilamowitzio [3]) demonstratum est. Nam id, quod Schöffer dicit, se non credere Pollucem talem saturam lancem eis, qui eum legerent, apposuisse, argumenti loco accipi non potest. Quid enim scimus de eis, quae artis rhetoricae magister conscribere aut voluerit aut potuerit praeter verba libro VIII praefixa? Inde e contrario sequitur, ut omnia e variis fontibus collegerit: ταῦτα ἐγὼ μὲν συνελεξάμην. Kaibelio [4]), cum librum suum concepit, hae Wilamowitzii plagulae etiamtunc ignotae fuisse videntur. Sed cum mihi auc-

1) l. l. I. p. 291—307.
2) Jahresbericht über die Fortschritte der klass. Alterthumswiss. 1895. Bd. 83. p. 220.
3) l. l. I. p. 295—298.
4) Stil und Text p. 244, 245.

toritas Aristotelis in Pollucem latius pertinere videatur, liceat mihi omnia uno in conspectu ponere, quae Pollux huic fonti debuit.

§ 1. Pollux quibus locis Aristotele ipso usus sit, investigatur.

Pollucem librum Aristotelis ipsum in manibus habuisse manifestissimum fit, si §§ 85—92 componimus cum Aristot. cap. 55—61. Aristoteles magistratus sic percensere voluit, ut primum de novem archontibus generatim, tum de assessoribus, deinde de singulis archontibus, eponymo, rege, polemarcho, thesmothetis diceret. Quibus athlothetae et in libro, qualis hodie exstat, statim magistratus militares adjunguntur. Qui ordo cum Polluci non plane placeret, rem ita instituit, ut primum cap. 55 exscriberet eique adjungeret supremum enuntiatum cap. 59 et stultissime athlothetas sorte, aeque ac magistratus militares suffragio **a novem archontibus** constitutos esse ratus haec omnia cum prioribus conglutinavit. Quae cum de thesmothetis κοινῇ h. e. de novem archontibus, quos thesmothetas nominare solebant, enarrasset, de thesmothetis ἰδίᾳ h. e. de sex θεσμοθέταις disputavit et cap. 59 Aristotelis contraxit. Tum archontis eponymi officia e cap. 56, regis e cap. 57, polemarchi e cap. 58 hausit. Sed quia novem archontum et thesmothetarum officia simul tractare in animo habebat et omnia, quae cum his non cohaerebant, secludebat, accidit, ut paredri et scriba thesmothetarum, quos Aristoteles cap. 56. 1 et 55. 1, 2 cum novem archontibus conjunxit, eximendi et § 92 soli tractandi essent. Unde porro secutum est, ut verba cap. 56. 1 cum verbis cap. 55. 2 confunderet et statueret illis paredris bis rationem reddendam esse primum in senatu, tum in judicio, scribae vero semel tantum in solo judicio. Nam id, quod Stojentin [1]) Aristotelis libello nondum

1) De Julii Pollucis in publicis Atheniensium antiquitatibus enarrandis auctoritate. Vratisl. 1875 p. 13.

reperto postulavit, nunc optime confirmatur. Apud Pollucem pro ἐννόμῳ nempe ἐν μόνῳ scribendum est. Quod non solum Aristotelis locus 55. 2 collatus postulat, sed etiam ex ipsis Pollucis verbis necessario concludendum est, cum κρίσις scribae δοκιμασίᾳ assessorum **opponatur.** Tum quid judicium ἔννομον sit, nemo mihi interpretari poterit. Scilicet omne judicium ἔννομον sit necesse est, hoc est, judicium nullum exstare potest, nisi lege antea constitutum. De hac re tantum disceptari potest, utrum Polluci ipsi etiam has ineptias tribuamus an librario crimini demus. Quamquam Pollux talem se praebuit, ut eius ingenium ne nauci quidem habendum sit, tamen ex ipsa sententia Pollucea sequi credo, ut lexicographus noster re vera ἐν μόνῳ scripserit. Sed etiam alia menda e mutato ordine et fonte Aristotele contracto orta apud Pollucem reprehendimus. § 87 dicit novem archontum fuisse, in unaquaque prytania populum rogare, praetoresne bene munere fungi viderentur, et, si quem populus male hoc fecisse decrevisset, de isto judicare. Quae omnia primum vitium secuta et e cap. 61, 2 perverse prompta esse non est, quod dicam. Tum § 91, quae respondet cap. 58, verba fontis sic mutavit, ut particulam καὶ inter ἐπιτάφιον et τοῖς τελευτηκόσιν omitteret et verba, quae particulam καὶ secuta sunt, cum verbis antecedentibus conjungeret, qua re sententiam prorsus aliam effecit. Credo ex his locis satis dilucide apparere, non solum Pollucem Aristotele ipso usum esse, sed etiam verba in litteris commendaticiis ad Commodum imperatorem datis, libro VIII. praefixis, verissima esse: ταῦτα ἐγὼ μὲν συνελεξάμην, ὅτι μὲν διὰ ταχέων, αὐτὸ δηλοῖ. Nos addere possumus, non solum celeriter, sed etiam neglegenter hunc librum confectum esse. In verbis Aristotelis contrahendis, transponendis, permutandis nullum modum adhibebat, aliena aliunde petita intermiscebat, sed ita tamen, ut Aristotele ipso primo fonte uteretur, alios interdum tantum auxilio adsc isceret et cum Aristotele contaminaret. Qui cum plenus nunc exstet, facile in Polluce agnoscitur et exsecatur, iis indiciis adhibitis, quae e §§ 85—92 cum Ar. cap. 55—59 comparatis cognovimus.

Quae sequuntur § 93, ex Aristotele fluxisse Wilamowitz [1]) contendit, cum § 101, ubi idem magistratus iterum commemoratur, Aristotelea reddere neget jam eam ob causam, quia loci Pollucei eiusdem argumenti ad varios fontes recurrant. Erravisse virum doctum et in hac re et in illa persuasum habeo. Quod ad locum priorem § 93 attinet, sane Pollux Aristotelem (cap. 52. 2) secutus esse et inde exscripsisse videtur, εἰςαγωγεῖς sorte creatos esse. Sed ea, quae sequuntur, ex Aristotele h. e. cap. 53, 2, scilicet magistratu εἰςαγωγέων cum quadragintaviris confuso [2]) et, quae ad horum officia pertinebant, illis tributis, fluxisse mihi veri dissimile esse videtur, quia idem caput Aristoteleum postea § 100 recte intellectum et exscriptum est. Credere non possum, eadem verba a Polluce tum ad εἰςαγωγέας tum ad τετταράκοντα relata esse. Quam ob rem mihi ea explicatio placet, quam Lipsius [3]) dedit. Pollux peculiarem magistratum confudit cum eo officio, quod cuiusque magistratus erat, in lex. Seg. V. 246. 14 sic explicato: εἰςαγωγεῖς ἦσαν ἑκάστου δικαστηρίου οἱ ἄρχοντες, οἳ εἰςῆγον αὐτοῖς τὰς δίκας. Polluci praeter Aristotelem in primis similem fontem ac lex. Seg. V. praesto fuisse, infra elucebit. Tum altero loco § 101, etsi brevissimus est, mirum quantum cum Aristotele consentit, ordine servato:

Aristot. 53, 2... εἰςαγωγέας.. οἳ τὰς ἐμμήνους εἰςάγουσι δίκας... εἰσὶ δ' ἔμμηνοι προικὸς.... ἐρανικαί....	**Poll. VIII. 101.** εἰςαγωγεῖς οἱ τὰς ἐμμήνους δίκας εἰςάγοντες· ἦσαν δὲ προικός, ἐρανικαί, ἐμπορικαί.

Causam ἐμπορικήν prioribus additam quin eidem fonti debeat, unde verba § 93 οὗτοι δὲ τὰς δίκας εἰςήγαγον πρὸς τοὺς διαιτητάς sumpsit, mihi non dubium est, consideratis locis

1) l. l. I. p. 297. ann. 13.

2) Qua de re Kaibel, Stil und Text p. 225 ann. 1, cum Wilamowitzio consentit, nisi quod librariis peccatum delegat. Sed libros Pollucis manuscriptos omnes tantopere conturbatos esse vix credam.

3) Meier-Schömann-Lipsius, Att. Proc. p. 94.

Harpocrat. s. v. ἔμμηνοι δίκαι, ubi ἐρανικαί et ἐμπορικαί ei generi causarum adnumerantur, et lex. Seg. V. 237. 33, ubi ἐμπορική ἔμμηνος nominatur. Neque mirari licet, quod Pollux hic ἐμπορικὰς δίκας sub jus εἰςαγωγέων subjungere videtur, cum § 88 easdem thesmothetis attribuerit. Nempe verba Pollucis sic intellegenda sunt, ut altera enuntiati huius parte causas ἐμμήνους **enumeret**, cui foro subjunctae sint, nequaquam curet. Quod autem πάρεδροι § 92 ex Aristotele sumpti sunt, § 101 [1]) Aristotelis auctoritas desideratur, inde concludere non possumus, ubicumque Pollux de eadem re bis egerit, varios fontes intellegendos esse. § 100 enim euthynos cum paredris adaequat, quia Aristotelis cap. 48. 4 et 56. 1 perversissime interpretatus non archontes euthynosque sibi binos paredros cooptasse, sed euthynos sicut paredros archontibus auxilio additos esse stultissime credidit. Wilamowitz [2]) menda librariis quam auctori ipsi tribuere mavult. Quod cum nunc [3]) demonstratum sit Pollucem plenum desiderari neque umquam integrum restitui posse, facile contendi, difficile redargui potest. Equidem libros nostros tantopere a vero Polluce abhorrere vix credam. At fortior negare audeo schol. Platon. legg. 954 B (Dübner II. p. 483. 6) e pleniore lexicographo fluxisse. Nam cum scholia vetustissima cod. Clarkiani IX. saec. [4]) jam non plenum Pollucem habuerint, per se credere vetamur, alios Scholiastas illo uti potuisse. Tum scholia codicum deteriorum Pollucem, ubicumque adierunt, numquam ad verbum exscripserunt, sed ad suum arbitrium verba transposuerunt et permutaverunt cf. schol. Alc. I 105 A (Dübner I p. 467. 16) = Poll. VIII. 105 + 104, schol. legg. 855 C (Dübner II. p. 420. 31) = Poll. VIII. 62 + 64, schol. legg.

---

1) Vox πάρεδρος exstat in cod. Laurentiano cf. Maass, Hermes XV. 1880. p. 619.

2) l. l. II. p. 241. ann. 35

3) E. Bethe, Nachr. d. Gött. Ges. der Wiss. 1895 p. 322—348.

4) cf. schol. Plat. Euthyphr. 2 A (Dübner I. p. 1, 3) = Poll. VIII. 90, schol. Phaed. 59 E (quod in editione Dübneriana desideratur) = Poll. VIII. 102 cf. Cohn l. l. p. 780, Bethe l. l. p. 336.

928 C (Dübner II. p. 472. 28) = Poll. VIII. 28, schol. Euthydem. 271 B (Dübner I. p. 203. 11) = Poll. II. 10, schol. republ. 550 C (Dübner II. p. 147. 42) = Hermias, ad Phaedr. p. 242, p. 92 ed. Ast cf. schol. legg. 915 B (Dübner II. p. 462, 19) = Poll. VIII. 130[1]). Nostro loco lex. Seg. V. 257. 15 cum Polluce VIII. 100 confusum esse apparet. In postremo huius partis enuntiato pro ἔχοντας scribere propono ἄρχοντας. Qua emendatione accepta talis fere sententia efficitur: etsi euthyni secundum Pollucem archontibus inferiores sunt, tamen etiam ab his rationem reposcere potuerunt[2]). Quo loco quin Aristotelis vestigia agnoscamus, dubitari nequit. At vero altero loco § 45 aliqua ex parte eundem fontem adhibitum esse jam supra[3]) vidimus. Cum Aristoteles cap. 54. 2 de multis pecuniariis, cap. 48. 4 de crimine judicibus tradito (τὸ ἀδίκημ' ὅ τι ἂν ἐγκαλῇ .... παραδίδωσιν.. τοῖς δικασταῖς) locutus esset, Pollux sibi hanc admirabilem distributionem finxit, de qua nemo nisi iste solus nos certiores fecit. Qui antea aegre concesserunt, tantam stultitiam in auctore si non antiquo at tamen graeco deprehendi posse, eis nunc, postquam cognoverunt, quomodo Pollux fontes suos miserrime vexaverit, facile persuasum erit vix ullum esse vitium, cuius hunc virum probum coarguere non possimus.

Sed pergamus in verbis Pollucis examinandis: § 93, quantum ad athlothetas spectat, totam ne syllaba quidem aliunde petita ex Aristot. cap. 60 pendere non est, quod dicam. In iis, quae sequuntur, vestigia Aristotelis minus dilucide agnoscimus, quia ipse Aristoteles hos magistratus militares paucissimis verbis transegit. Pollux altero loco § 114/115 eosdem additis lochagis et strategis nude enumerat et, quae de taxiarchis dicit, magis fecit, ut glossam παρα-

1) cf. Cohn l. l. p. 824 ann. 2.

2) lex. Seg. V. 245. 12 εἰςπράττει. ἀπαιτεῖ, quocum confer verba lex. Dem. Patm. p. 142 ad § 117 supra p. 35 exscripta.

3) p. 37.

στίζειν quam officia ταξιάρχων explicaret[1]), cf. Hesych. παραστίζουσα. At priore loco auctoritas Aristotelis, si alios lexicographos perquirimus, emergit et apparet verba fontis a variis varie depravata esse. Quod ut magis eluceat, quae huc spectant, exscribam. Aristot. 61. 4 et 5 dicit:

ἵππαρχοι ἡγοῦνται τῶν ἱππέων . . κύριοι . . εἰσίν,
φύλαρχοι ἡγοῦνται τῶν ἱππέων

ὥνπερ οἱ στρατηγοὶ κατὰ τῶν ὁπλιτῶν.
ὥςπερ οἱ ταξίαρχοι τῶν ὁπλιτῶν.

Pollux priorem comparationem aspernatus generaliter officia hipparchorum solorum descripsit numero et modo creandi tamen ex Aristotele sumpto, alteram vero comparationem totam recepit. Photius s. v. ἵππαρχοι hos cum taxiarchis comparat, strategis phylarchisque omissis, sed ita tamen, ut sermo Aristoteleus perluceat. Quae lex. Seg. V. 266. 26 et lex. Dem. Patm. p. 16 ad § 164 de hipparchis narrant, inter se concinunt, ab Aristotele longius distant. Harp. s. v. ἵππαρχος et φύλαρχος, qui locus, qualis in epitome exstat, paene repetitur a lex. Seg. V. 313. 32, etsi Aristotelem utroque loco laudat, paucissima inde sumpsit. Taxiarchi in lex. Seg. V. 306. 12 sic explicantur, ut Aristotelem fontem vix cognoscamus. Quot auctores inter lex. Seg. V Photiumque et Aristotelem intercesserint, aeque ignoramus atque, utrum Pollux hoc loco Aristotelem ipsum an fontem derivatum adierit. Illud mihi magis placet, sed pro certo affirmare non possum. At vero, quod ad rem attinet, omnes scriptores modo allati nihil ultra Aristotelem nos docuerunt. Mirum autem hoc restat, cap. 61. 1, 2 Aristotelis, ubi uberius de praetoribus disputat, ab omnibus paene neglectum esse. Uno tantum loco Phot. s. v. ἡγεμονία δικαστηρίου, in glossa, quae complures magistratus complectitur, vestigia exigua inveni.

1) cf. Stojentin l. l. p. 57.

Tum apud Pollucem sequuntur νομοφύλακες, quos e Philochoro translatos esse supra [1]) dixi. Qui tum mihi fidem abrogaverunt, verba Philochori a Polluce locis tam distantibus collocari potuisse, nunc, cum viderint εἰςαγωγεῖς §§ 93 et 101 eodem modo divulsos, paredros et scribam thesmothetarum § 92 a justo loco § 86 abscissos esse, facile mihi adnuent. Neque hoc negari potest, Pollucem, qui Aristotelem ipsum legerit et Philochoro non aliter atque Aristotele usus sit, istum Atthidographum quoque in manibus habuisse. Cuius fragmenta si plura exstarent ad verbum exscripta, magis pateret, quantum Lexicographus Atthidographo deberet.

Ratio, quae intercedit inter § 95—96 et Aristot. cap. 43—44, plane respondet illi, quae erat inter § 85—92 et Aristot. cap. 55—59. Quin etiam inveniuntur his §§ multo minora aliunde hausta quam loco priore. Sunt enim haec: § 95 verba ἢ ἀποχειροτονοῦσιν sine dubio a Polluce ipso ficta ex Aristotelis verbis τὰς ἀρχὰς ἐπιχειροτονεῖν εἰ δοκοῦσι καλῶς ἄρχειν, quae invite quaestionem, quid cum magistratibus κακῶς ἄρχουσι factum sit, excitant. Neque aliter judicandum est de ea re, quod Pollux inter tertiam et quartam contiones munera certe distribuit, quae Aristoteles utriusque, et tertiae et quartae, fuisse dicit. Schol. q Aesch. 1. 104 [πρυτανείας] verba Pollucea cum omnibus mendis repetivit. Verba autem οἱ πρὸς ταῖς δίκαις § 95 et ἀδεῶς § 96 utrum Polluci ipsi an fonti ejus lexico rhetorico adjudicanda sint, dubitari licet. Neque hoc neque illud alibi nobis occurrit, quamquam haec ipsa Aristotelea contionis ordinariae descriptio saepius a lexicographis laudatur. Kaibelio [2]) quominus concedam, lex. Cant. s. v. κυρία ἐκκλησία et Poll. VIII. 95 e fonte simili manavisse, quia uterque in vocibus καὶ κλήρων desineret, multa sunt, quae impediant. Primum Pollux de πρυτάνεις, ἐκκλησίαι, ἐπιστάτης eodem ordine narrat, quo Aristoteles usus est, et in omni hac parte vestigia Aristotelea eodem modo atque in

1) p. 42/43.
2) Stil und Text p. 205.

§§ 85—91 apparent. Tum contra apud lex. Cant., qui solius κυρία ἐκκλησία rationem habet, multa sunt, quae in epitome Pollucea desiderantur. Totam enim de sexta prytania et ostracismo quaestionem hic omisit, ille commemoravit. Denique, quae Pollux ultra Aristotelem habet, in lex. Cant., quae hic Aristoteli aliena sunt, illic non legimus. Quam ob rem mero casui tribuendum erit, ambos τῶν ἐπικλήρων oblitos esse.

§ 97 Stojentin [1]) transponendo mederi conatus est. Nam colacretas pro apodectis a Clisthene institutos et hanc rem in Atthide Androtionis [2]) narratam esse constat. Quae Stojentini ratio nunc, postquam ars Pollucea manifestior facta est, probari non potest. Praeterea ex altero fragmento Androtioneo in schol. Ar. Av. 1541 servato cognoscimus colacretas ab hoc Atthidographo voce ταμίαι explicatos esse. Quare permotus Pollux colacretas cum ταμίαις conjungere potuit, etsi κωλακρέται et ταμίαι τῆς θεοῦ non magis inter sese conveniunt quam νομοφύλακες et ἕνδεκα § 102. Necesse enim nunc est, ut talia vitia ex ipsius auctoris indole interpretemur, nullis externis causis auxilio adscitis. Incipiamus a ταμίαις τῆς θεοῦ. Non solum Pollux, sed etiam lex. Seg. V. 306. 7. Aristotelem 47. 1 secuti sunt. Harp. s. v. ταμίαι = Suid. s. v. glossa 1 et Phot. s. v. = Suid. s. v. glossa 2 eadem praebent, sed priori generi ταμιῶν statim alterum adnectunt in fonte Aristotele 61. 7 perseverantes. Quae apud Pollucem sequuntur, Androtioni reddenda sunt. Post Androtionem aliqua ex parte in huius verbis nisum Aristophanem grammaticum voci κωλακρέται explanandae operam dedisse audimus [3]). Cuius viri docti interpretatio his verbis continebatur: οἱ κωλακρέται εἰσὶ ταμίαι τοῦ δικαστικοῦ μισθοῦ καὶ τὰ εἰς θεοὺς ἀναλισκόμενα διὰ τούτων ἀνηλίσκετο. Quicumque postea hunc magistratum commemorant exceptis Harpocratione et Polluce,

1) l. l. p. 17.
2) Harpocration s. v. ἀποδέκται.
3) Schol. Ar. Av. 1541.

in hac explicatione acquiescunt [1]: lex. Seg. V. 275. 22, Phot. s. v. κωλακρέται, lex. Cant. s. v., Timaeus. lex. Platon. s. v, Suid. s. v., schol. Ar. Vesp. 695, Hesych. s. v. usque ad Mich. Psell. [2]) cap. 34. Quo nihil luculentius declarat, quam pauca de huius magistratus officiis aetas posterior comperta habuerit. Neque hoc futurum fuisse credo, si Aristoteles, at non Androtion huius magistratus in libello suo mentionem fecisset. Quae cum ita sint, lubenter Stojentino [3]) concedam, ea quoque, quae lexicographus misellus Seg. IV. 190. 15 tradat, inde originem suam ducere neque hunc de juridica quadam colacretarum potestate loqui. Enuntiatum Pollucis postremum εἶχον δ' ἐξουσίαν usque ad finem paragraphi etsi e Lysia 9. 7 haustum non est [4]), tamen similitudo cum verbis oratoris attici fontem nobis indicat: lexicon rhetoricum, ad oratores atticos interpretandos compositum. Locum de apodectis Stojentin [5]) colacretis transpositis totum ad Androtionem referre vult. Cum verba ἐκαλοῦντο δ' οὗτοι κωλακρέται ad εἰς δικαστήριον reicienda esse negaverim, non habeo, cur huic sententiae adstipuler. Uberiorem quidem fontem a Polluce contractum esse jam inde apparet, quod verba εἰ δέ τι μεῖζον εἴη utique postulant, ut antea de minoribus seu multis seu criminibus disputatum sit, quod desideratur. Quem Androtionem fuisse ut statuamus, nulla ratione cogimur. Hoc tantum affirmare possumus, Aristotelem non usurpatum esse. Cum enim ceteri lexicographi, Harp. s. v. ἀποδέκται, lexic. Seg. V. 198. 1 = lex. Seg. VI. 427. 13, Suid. s. v. (ex epitome Harp.) Aristotelea sola reddant, conjectura quadam as-

---

1) Sero inspexi commentationem Leop. Cohnii, de Aristophane Byzantio et Suetonio Tranquillo Eustathii auctoribus in: Jhbb. für Phil. Suppl.-Bd. XX 1881 p. 297. ann. 32, ubi idem jam observatum invenio.

2) περὶ τῶν ὀνομάτων τῶν δικῶν ed. Migne, Patrolog. graecae cursus completus tom. 122. p. 1007—1022.

3) l. l. p. 19.

4) Stojentin l. l. p. 19.

5) l. l. p. 18.

sequi possumus, quid Polluci scribendum fuerit, si Aristotelis Rempublicam Atheniensium in manus sumpsisset. Praeterea conveniunt aliqua ex parte, quae schol. Aesch. 3. 25 legimus: ἀποδεκτῶν· οὗτοί εἰσι ταμίαι εἰςφορᾶς καὶ φόρους παραλαμβάνοντες. Quam ob rem dubito an lexicon rhetoricum fons ille fuerit.

Quae Pollux § 98/99 de scribis profert, melius apud Aristotelem 54. 3, 4 legimus [1]. Tres erant scribae Aristotelis tempore: 1) ὁ κατὰ πρυτανείαν, 2) ὁ ἐπὶ τοὺς νόμους, 3) ὁ τοῦ δήμου. Ἀντιγραφεὺς τῆς διοικήσεως aeque atque ὁ ἐπὶ τῇ διοικήσει ab Aristotele commemorari non potuerunt, quia uterque magistratus illis temporibus ignotus erat. Sed etiam ἀντιγραφέα τῆς βουλῆς, etsi Harpocration [2]) hoc contendit, in charta nostra non commemoratum invenimus, neque fieri potest, ut in partibus deperditis exstiterit, quia lacunas operis, quod ad argumentum attinet, paene usque ad extremam lineam explere possumus. Harpocrationem, qui aliis locis satis caute Aristotelis verba tractavit neque umquam falsi quidquam fonti suo imposuisse videtur, hoc loco famam suam bonam amisisse vix concedam. Itaque alia via hanc quaestionem enodare studui. Apud Dem. 22. 38 et Aesch. 3. 25 nobis occurrit ἀντιγραφεύς, quem Aeschines antea suffragio creatum esse dicit. Eadem Aristoteles de γραμματεῖ κατὰ πρυτανείαν profert: πρότερον μὲν οὖν οὗτος ἦν χειροτονητός. Inde facile is, qui orationibus illis interpretandis operam dedit, sumere potuit scribam Aristotelis eundem esse atque ἀντιγραφέα oratorum, praesertim cum Aristoteles in officiis τοῦ κατὰ πρυτανείαν describendis vocibus ἀντιγράφεται καὶ παρακάθηται τῇ βουλῇ utatur. Hunc magistratum a viro docto Alexandrinorum aetatis e verbis Aristotelis cum Aeschine comparatis fictum Harpocration (unde Suid. s. v. = Zonar. p. 176 =

1) Quaestionem difficillimam de ratione, quae intercedat inter scribas a scriptoribus eosque in inscriptionibus commemoratos hic non tangam.

2) s. v. ἀντιγραφεύς.

lex. Seg. VI. 410. 3) ἀντιγραφεῖ Philochoreo opposuit aut jam oppositum invenit. Quod si accepimus, facile intellegitur, qua re Pollux commotus sit, ut ea, quae Aristoteles de γραμματεῖ κατὰ πρυτανείαν dicit, ad contrascriptorem referat:

Aristot. 54. 3.	Poll. VIII. 98.
(γραμματεὺς ὁ κατὰ πρυτανείαν) τἄλλα πάντα ἀντιγράφεται καὶ παρακάθηται τῇ βουλῇ. πρότερον μὲν οὖν οὗτος ἦν χειροτονητός.	ἀντιγραφεὺς πρότερον μὲν αἱρετὸς αὖθις δὲ κληρωτὸς ἦν, καὶ πάντα ἀντεγράφετο παρακαθήμενος τῇ βουλῇ.

Quam ob rem Müller[1]) fragmentum Philochoreum numero 61 signatum libro III inseruerit, ignoro; per se enim patet novum magistratum tum descriptum esse, cum temporis ordine servato de annis 306 sequentibus ei dicendum erat i. e. libro IX[2]).

In iis, quae sequuntur, hoc mirum est, quod Pollux etiam logistas a senatu creari dicit, cum in ἀντιγραφεῦσι describendis prorsus non annotaverit, a quo creati sint, et verba in initio § 98 posita κληρωθεὶς ὑπὸ τῆς βουλῆς nimis longe distent, quam ut καὶ τούτους ad haec respiciant. At si Aristotelem 48. 3 evolvimus, mirari desinimus. Ibi enim Pollux legit: κληροῦσι δὲ καὶ λογιστὰς ἐξ αὑτῶν οἱ βουλευταί. Utrum verba insequentia κατ' ἀρχὴν usque ad finem ipsi Polluci an lexico rhetorico tribuam, dubius haereo, quia similia nusquam alibi leguntur.

Contra, quae de ἀποστολεῦσι traduntur, cum similia occurrant in lex. Seg. V. 203. 22, lex. Seg. VI. 435. 29, Hesych. s. v., schol. Aesch. 2. 177, schol. Dem. 262. 18 potius lexico illi rhetorico reddam quam cum Stojentino[3]) Philochoro. Etsi enim Harpocration s. v. in Demosthene et Philochoro

1) Frg. hist. graec. I. p. 394.
2) cf. Böckh. Kl. Schr. V. 427.
3) l. l. p. 24.

auctoribus se niti ipse confitetur, tamen verba ad vocem ἀποστολεύς explanandam adhibita nimis communia sunt et e voce ἀποστολεὺς ipsa ex parte petita esse videntur ita, ut ad tempora antiqua referre verear.

Mox animadvertimus Aristotelem primario suo inter fontes Polluceos loco privari. In poletis enim explicandis initio Aristotelem 47. 2 sequitur, tum vero vestigia evanescunt, et ad finem denique Pollux cum Harp. s. v. μετοίκιον et Dem. 25. 57 collatus docet lexicon rhetoricum a scriptore nostro usurpatum esse [1]).

Euthyni § 100 quomodo ex Aristotele derivandi sint, jam supra [2]) vidimus.

Tum sequuntur οἱ τετταράκοντα, quorum officia secundum Aristotelem 53. 1 enarrantur, alieno additamento μίσει τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ τριάκοντα facile agnito.

Eisagogeis § 101 ad Aristot. 53. 2 referendos esse jam dixi [3]).

In § 102 media Pollucem Aristotelem 52. 1 ipsum adhibuisse ideo confidentius contenderim, quia ordinem et genera sceleratorum (κλέπται, λωποδύται, ἀνδραποδισταί) **unus** servavit. Ceteri lexicographi, etsi Aristotelis habitum satis aperte prae se ferunt, aut aliena addunt (lex. Seg. V. 250. 4 ἀγομένους ἐπὶ κακουργήμασι [4]) et φονεῖς pro λωποδύται, Phot. s. v. ἡγεμον. δικαστηρ. = Suid. gl. 1 λῃσταί pro κλέπται, lex. Dem. p. 13 ad § 49 ἐπὶ κακουργήμασι generibus nefariorum omissis, unde lex. Vind. p. 88. 10 = Et. M. 338. 31 [5]) aut breviores sunt (lex. Seg. V. 310. 14—16, Phot. s. v. περὶ

1) cf. Stojentin l. l. p. 24.

2) p. 56.

3) p. 55.

4) Kaibel - Wilamowitz ed. II verba *κακούργους τούς τε* in contextum Aristotelis recipi volunt. Quod rem et artem grammaticam postulare Kaibel, Stil und Text p. 223 contendit. Sed si verbum *ἀπάγειν* significatione communi, non juridica usurpamus, et huic et illi satisfactum est.

5) cf. supra p. 19.

τῶν ἕνδεκα sub finem litterae E) aut duo tantum genera nominant (Pausan.[1]) ap. Eustath. p. 1595. 39 et Suid. s. v. ἕνδεκα: κλέπται καὶ ἀνδραποδισταί, schol. Ar. Vesp. 1108: ἀνδραποδισταὶ καὶ λωποδύται). Quam ob rem hos varie per lexicon rhetoricum ex Aristotele manavisse, illum opusculum de Republica Atheniensium ipsum adiisse censeo. Miram Photii doctrinam magistratum certae cuidam aetati 40 annorum adstrictum fuisse ut satis commode explicarem, mihi enixe meditanti non contigit. Schol. Luc. II. p. 467 v. 19 quomodo ex Aristotele hauserit, nescio. Quod Polluce intercedente non factum esse certus dico. Errores, quos Pollux in ceteris huius paragraphi partibus commisit, Stojentin[2]) mihi melius detexisse et enodasse videtur Wilamowitzio[3]) neque huic credam, primum Pollucis enuntiatum ad tempus XII tribuum ut respiciat, necesse esse. Primum Pollucem solum, si Wilamowitzii interpretatio vera esset, de hac re certiores nos facturum esse, id ipsum nobis scrupulum inicit. Tum Aristotelem in iis partibus, quae sine dubio a Polluce nullo intercedente adhibitae et excerptae sunt, saepissime collegia decem virorum, tribuum ratione habita, constituta esse dicere, hoc dubitationes nostras auget et opinari saltem permittit, Pollucem ipsum sibi hanc distributionem finxisse, etsi scriba huius collegii inscriptione a. 323/2 (CJA. II. 811 = Böckh, Urkunden XV./XVI.) comprobatur. Denique verba onomastici juste, ne dicam, justius sic verti possunt, ut Lipsius[4]), Gilbert[5]), Busolt[6]), alii fecerunt: Collegium undecim viris continebatur una cum scriba; decemviri e singulis 10 tribubus creabantur, quibus scriba undecimus adnumerabatur.

Magno intervallo interjecto Aristoteles apud Pollucem in

1) Pausaniae et Dionysii frg. coll. Schwabe. N. 79 p. 120.
2) l. l. p. 27 sq.
3) l. l. I. p. 222. ann. 70. p. 296.
4) Att. Proc. p. 81.
5) Gr. Staatsalt. I². p. 285.
6) Griechische Staats- und Rechtsalterthümer². p. 233 ann. 5.

§ 107, quantum ad ἱεροποιούς attinet, reperitur[1]), at in eis, quae sequuntur, usque ad finem libri vestigia sermonis Aristotelei frustra quaeres.

Librum VIII in duas partes manifeste dividi constat[2]), quarum prior (§ 6—81) δικαστικά, posterior (§ 82—157) πολιτικὰ ὀνόματα complectitur. Qua re ipsa intellegitur, Pollucem alteri parti in Aristotelis libello plura sibi utilia invenisse, quam priori. Sed ne hac quidem in parte philosophi auctoritas tota desideratur, etsi eum multo rarius quam in altera parte consulebat. Quomodo in voce εὔθυνα § 45 verba Aristotelis pessime tractaverit, huius rei observandae occasio mihi jam oblata est[3]).

Quo accedit id, quod Wilamowitz[4]) recte animadvertit, formulas ab Aristotele ad εὔθυναν 48. 4 adscriptas a Polluce in voce φάσις § 47/48 repeti. Fieri quidem potest, ut talia re vera in illa causa exerceantur. Sed cum paullo post eadem paragrapho verba εἰςήγοντο usque ad τετρακοσίους paene ad verbum respondeant Aristot. 53. 3 et utrumque e Polluce solo cognitum habeamus, dubitari licet, nonne haec omnia a viro probo ad hunc locum ficta sint, nescio qua ansa data.

Aristot. 53. 3: εἰςάγουσιν... τὰ μὲν ἐντὸς χιλίων εἰς ἕνα καὶ διακοσίους, τὰ δ' ὑπὲρ χιλίας εἰς ἕνα καὶ τετρακοσίους.	**Pollux VIII. 48**: εἰςήγοντο δὲ τὰ μὲν ἐντὸς χιλίων εἰς ἕνα καὶ διακοσίους, τὰ δ' ὑπὲρ χιλίας εἰς ἕνα καὶ τετρακοσίους.

Schol. Dem. 793. 16, quae de causis φάσις, ἔνδειξις, ἀπαγωγή profert, omnia e Polluce exscripsisse non est, quod dicam.

Haec sunt, quae ex Aristotele ipso sumpta esse mihi persuasi; satis multa quidem atque idonea, unde quis justum

1) cf. supra p. 30.
2) Stojentin l. l. p. 3.
3) p. 37. 57.
4) l. l. II. p. 235. ann. 16.

certumque judicium de Pollucis ingenio faciat. Vidimus non nimis inique a Stojentino [1]) judicatum esse dicente Pollucem magis scribae quam scriptoris munere functum esse. **Expressa rerum Atticarum publicarum memoria hominibus II. p. Chr. n. saeculi jam non ante oculos versabatur.** De quibus rebus quaecumque illi homines sciunt aut se scire simulant, e libris experta habent, e suis nihil ipsi addunt. Ita Pollux se gessit, neque aliter Harpocration, nisi quod hic illum fide atque veritate magnopere superat. Non solum fontes suos disertis verbis nominavit, sed etiam verba eorum fidelius servavit et reddidit.

Altera vero Stojentini [2]) sententia libello Aristotelis reperto **non** comprobatur Pamphilum vel huius epitomatorem Vestinum unicum Pollucis in libro VIII conscribendo fontem fuisse. Jam nunc apparet, quod infra, spero, etiam magis elucebit, Aristotelem et Atthidographos et lexicon rhetoricum fontes Onomastici fuisse. **Eadem** ergo componendi ratio, quae ceteris libris a viris doctis comprobata est, etiam in librum octavum cadit. Ad tractatum de partibus corporis humani, qui libro altero (§§ 22—226) continetur, praeter Rufi Ephesii [3]) περὶ ὀνομασίας τῶν τοῦ ἀνθρώπου μορίων tabulam medicinalem incerti auctoris et definitiones medicas ps. Galeni et lexicon rhetoricum a Polluce usurpata esse veri simile est [4]). Cum de re equestri (I. 181—220) disputaret, non solum Xenophontis commentationes, quae huc spectant, sed etiam eius fontem ipsum Simonem Atheniensem, qui ante Xenophontem de hac re scripserat et ab hoc laudatus erat (περὶ ἱππικῆς I. 1), inspiciebat [5]). Libro IV (§ 52—154) commentariolus de rebus musicis et scenicis insertus est, quem plurima ex parte e Ju-

1) l. l. p. 3.
2) l. l. p. 89. 90.
3) ed. Guil. Clinch. Lond. 1726. p. 46—65.
4) cf. Ed. Zarncke, Symbolae ad Julii Pollucis tractatum de partibus corporis humani. Lpz. 1884. p. 45.
5) cf. R. Michaelis, de Julii Pollucis studiis Xenophonteis. Halle 1876 p. 17.

bae regis Mauretanorum θεατρικῇ ἱστορίᾳ manasse constat[1]). Sed Jubam unicum Pollucis fontem fuisse, Rohdio concedere nolunt, conicientes, „ut aliis locis complures simul auctores Nostro suppetiisse, ita hic quoque evenisse“ [2]). Quae cum ita sint, ad ceterorum librorum normam librum quoque octavum compositum esse statuendum est. **Cuius libri argumentum si praestantia ceteris facile antecellit, hoc neque auctori neque componendi rationi sed fonti uni Aristoteli laudi tribuendum est.**

§ 2. Aristotelis auctoritas apud ceteros scriptores.

Nunc ad ceteros scriptores aggrediamur, quos simul tractare placet, ut magis appareat, quatenus usque ad tempora maxime distantia auctoritas Aristotelis pertinuerit et quae ratio inter singula lexica rhetorica intercedat.

a) in glossa ἡγεμονία δικαστηρίων.

Qui cuique causae dijudicandae praefuerit archon, praeter Aristotelem cap. 55—59 lex. Seg. V. 309. 33—310. 27 (τίνες ποίων δικαστηρίων εἶχον τὴν ἡγεμονίαν) nos edocet. Ubi cum ad archontis eponymi officia praeter ea, quae Aristoteles enumeravit, causa ἀργίας, ad thesmothetarum causa ὕβρεως addita sit, Wilamowitz[3]) non lexicon Seg. V. ex Aristotele, sed utrumque e tertio fonte manasse credit. Quod si verum esset, primum non intellegeremus, cur exceptis causis ὕβρεως et ἀργίας easdem ex fonte illo uberiore δίκας haustas inveniamus, quas Aristoteles percensuit, tum cur lex. Seg. V. officia archontis polemarchi eodem atque Aristoteles loco enu-

1) cf. E. Rohde, de Julii Pollucis in apparatu scaenico enarrando fontibus. Lips. 1870.

2) cf. E. Althaus, Quaestionum de Julii Pollucis fontibus specimen. Berl. 1874. p. 37.

3) l. l. I. p. 255. ann. 146. p. 244 ann. 119.

merare desinat et eisdem atque Aristoteles verbis illam partem claudat: καὶ τἄλλα, ὅσα τοῖς ἀστοῖς ὁ ἄρχων, οὗτος τοῖς μετοίκοις παρέχεται cf. Aristot. 58. 3 καὶ τἄλλ' ὅσα τοῖς πολίταις ὁ ἄρχων, ταῦτα τοῖς μετοίκοις ὁ πολέμαρχος. Porro non solum lex. Seg. V. eodem causarum delectu contentum erat, quem Aristoteles primus, quantum scimus, fecerat, sed etiam Photius = Suid. gl. 1. et Harpocr. s. v. ἡγεμονία δικαστηρίου = Suid. gl. 2[1]), qui neque inter sese neque cum lexico Segueriano V. concinunt. Quamquam enim breviores sunt, tamen aliqua e parte alias causas ac lex. Seg. V. elegerunt, sed excepta causa ὕβρεως, quam una cum lex. Seg. V. inserunt, ii quoque in causis Aristoteleis acquiescunt. Denique ordo, quo alius archon alium excipiat, idem exstat apud Aristotelem et Harpocrationem, idem quoque in lex. Seg. V. et Photiano, dummodo in hoc lexico logistas, undecimviros, strategos, in illo logistas, undecimviros, diaetetas, quadragintaviros et quingentiviros deducas et sejungas: archon eponymus, rex, polemarchus, thesmothetae. Quae res cum ita se habeant, hoc puto luce clarius e locis illis comparatis patere: Harpocrationem, Photium, lexicon Seg. V. hoc loco neque e fonte Aristotele cum antiquiore tum uberiore neque ex ipso Aristotele hausisse, sed **ex lexico quodam, in quo jam Aristoteles auctus et amplificatus** exstaret. Quae omnia melius, quam ulla verba possint, tabula docebit infra subscripta.

πρὸς τὸν ἄρχοντα λαγχάνονται γραφαὶ δὲ καὶ δίκαι:

ristot. 56. 6.	Lex. Seg. V. 310. I.	Phot. s. v. ἡγεμ. δικ. = Suid. gl. I.	Harp. s. v. ἡγεμ. δι = Suid. gl. 2.
ώσεως γονέων	κακώσεως καὶ τῶν γονέων		
„ ὀρφανῶν	καὶ τῶν ὀρφανῶν	τῶν ὀρφανῶν	τῶν ὀρφανῶ

1) Ap. schol. Aesch. III. 14. frustula tantum miserrima plenae glossae leguntur, lex. Seg. V. 262. 21 explicationem breviter instituit. Et. M. 418. 29 lemma solum servavit; quae addit, nugae sunt. In lex. Seg. IV. 189. 22 sub eodem titulo particula minima officiorum archontis regis redditur.

κακώσεως ἐπικλήρου			
„ „ οἴκου ὀρφανικοῦ			
παρανοίας	παρανοίας	τῆς παρανοίας	
	ἀργίας		
εἰς δατητῶν αἵρεσιν			
εἰς ἐπιτροπῆς κατάστασιν			
εἰς ἐπιτροπῆς διαδικασίαν			
εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν			
ἐπίτροπον αὐτὸν ἐγγράψαι [1]			
ἐπιδικασίαι κλήρων	ἐπιδικασίαι [κλήρων] [2]		
„ „ ἐπικλήρων.	ἐπιδικασίαι ἐπικλήρων γυναικῶν.	ἐπιδικασίαι τῶν ἐπικλήρων.	τῶν ἐπικλ

πρὸς τὸν βασιλέα λαγχάνονται γραφαὶ δὲ καὶ δίκαι:

Aristot. 57. 2.	**Lex. Seg. V. 310. 6.**	**Phot. s. v.** ἡγεμ. δικ. **= Suid. gl. I.**	**Harp. s. v.** ἡγεμ **= Suid. gl.**
ἀσεβείας		τῆς ἀσεβείας	τῆς ἀσεβείας
κἂν τις ἱερεωσύνης ἀμφισβητῇ πρός τινα		καὶ ἄν τις ἱερωσύνης ἠμφισβήτει.	
διαδικάζει δὲ καὶ τοῖς γένεσι καὶ τοῖς ἱερεῦσι τὰς ἀμφισβητήσεις τὰς ὑπὲρ τῶν γερῶν ἁπάσας οὗτος.	καὶ περὶ τῶν ἱερῶν καὶ τοῖς γένεσι δικάζει.	πρότερον δὲ καὶ τὰς περὶ τῶν ἱερῶν τοῖς ἱερεῦσιν ἀμφισβητήσεις	

1) De hac *ἐμφανῶν καταστάσει* rectissime judicavit Kaibel, Stil und Text, p. 235 collata oratione Isaei sexta.

2) cf. Kaibel-Wilamowitz, edit. Testim. ad cap. 56. 6.

τοῦ φόνου δίκαι	τὰς φονικὰς ἁπάσας	τὰς φονικάς
αι [1])		
ὁ προαγορεύων	ἐπεὶ καὶ προαγορεύει	προηγόρευε δὲ καὶ
εσθαι τῶν νομί-	τὸν ἀνδροφόνον εἴρ-	τῶν νομίμων εἴργε-
οὗτός ἐστιν.	γεσθαι τῶν νομ[ίμ] [2])	σθαι τοὺς ἐν αἰτίᾳ.
	ων.	

Cum lexicographus tum patriarcha ordinem officiorum ab Aristotele enumeratorum plus minus conversum praebent, neque dubito, quin uterque jam in plena glossa nonnulla transmutata invenerit, velut φονικὰς δίκας omnibus aliis antepositas. Idem puto, quae Photius post τῶν νομίμων εἴργεσθαι addidit, verba τοὺς ἐν αἰτίᾳ, cum a Polluce eodem loco § 90 repetantur et in lex. Seg. V. definita notione ἀνδροφόνος mutentur, ab auctore glossae illius, qui omnium horum scriptorum fons statuendus est, ex Aristotele ipso aliunde (cap. 57. 4 ὁ δὲ τὴν αἰτίαν ἔχων) huc translata esse. At contra, quae fini glossae patriarcha subjungit ad archontem regem pertinentia, certe ibi non invenit, quia curae mysteriorum et insigni coronae nihil est commune cum jurisdictione i. e. ἡγεμονίᾳ δικαστηρίου. Sed Aristotelem etiam hoc loco secutus est.

Aristot. 57.	**Phot. s. v.** ἡγεμ. δικ.
§ 1 ὁ βασιλεὺς... μυστηρίων ἐπιμελεῖται μετὰ τῶν ἐπιμελητῶν	ἀλλὰ γὰρ ὁ βασιλεὺς καὶ τῶν μυστηρίων ἅμα τοῖς ἐπιμεληταῖς προΐσταται.
§ 4 καὶ . . περιαιρεῖται τὸν στέφανον.	ἔχει δὲ μόνος καὶ στέφανον.

Uno tantum loco Photius ab Aristotele valde dissentire videtur. Illi enim si fidem habemus, controversiae ex honoribus [3]) inter sacerdotes et gentes ortae **postea** regi archonti

1) Lex. Seg. IV. 189. 22 e tota glossa tantum haec verba *οἱ ἐνάγοντες φονικὰς δίκας* supersunt.

2) cf. Meier-Schömann-Lipsius, Att. Process. I. p. 63 ann. 60.

3) *ἱερῶν* pro *γερῶν* antiquam corruptelam esse consensus lex. Seg. et Phot. docet, quam ob rem non emendavi.

ademptae sunt, quas Aristoteles huius provinciae tribuit. Sed cave, ne inde conjecturam nimis audacem facias neve putes, re vera post Aristotelem leges commutatas esse. Glossa enim lex. Seg. V. 219. 14 s. v. βασιλεύς archetypo invento nunc satis decurate descriptum etsi contractum exemplum Aristot. 57. 1/2 fuisse arguitur, verbis Aristotelis πρός τινα tamen in προςτιμᾷ depravatis. Eodem loco apud Photium = Suid. gl. 1 vox πρότερον nobis occurrit, quae quin indidem orta sit, nullus dubito, scilicet verbis πρός τινα in πρότερον mutatis. Qua re factum est, ut hoc vocabulum cum enuntiato sequente conjungeretur et verbum δικάζειν eiceretur. Itaque simplicissime tollitur dubitatio, quae jam Meierum Schömannumque has ob causas sollicitavit [1], neque quemquam mihi oblocuturum esse spero, contendenti Photium quoque nihil nisi Aristotelea reddere.

Idem quadrat in archontem polemarchum, qui has causas informat:

Aristot. 58. 3.	Lex. Seg. V. 310. 9.	Phot. s. v. ἡγεμ. δικ. = Suid. gl. 1.	Harp. s. v. ἡγεμ. = Suid. gl. [illegible]
δίκας ἀποστασίου	ἀποστασίου	ἀποστασίου	ἀποστασίου
„ ἀπροστασίου			ἀπροστασίου
„ κλήρων καὶ ἐπικλήρων τοῖς μετοίκοις	κλήρων καὶ ἐπικλήρων τοῖς μετοίκοις.		
καὶ τἆλλ' ὅσα τοῖς πολίταις ὁ ἄρχων, ταῦτα τοῖς μετοίκοις ὁ πολεμάρχος.	καὶ τἆλλα, ὅσα τοῖς ἀστοῖς ὁ ἄρχων, οὗτος τοῖς μετοίκοις παρέχεται.	ἔτι μὴν καὶ ὅσα ὁ ἄρχων ἐν τοῖς ἀστοῖς, ὁ πολέμαρχος τοῖς μετοίκοις διῄτα.	

Denique agmen claudunt sex thesmothetae:

Aristot. 59. 3.	Lex. Seg. V. 310. 12.	Phot. s. v. ἡγεμ. δικ. = Suid. gl. 1.	Harp. s. v. ἡγεμ. = Suid. gl. [illegible]
γραφαὶ ξενίας	ξενίας		ξενίας

1) Meier-Schömann-Lipsius, Att. Proz. I. p. 63. ann. 60.

ιφαὶ δωροξενίας			δωροξενίας
συκοφαντίας	συκοφαντίας	συκοφαντίας	συκοφαντίας
δώρων	δώρων	δώρων	δώρων
ψευδεγγραφῆς	ψευδεγγραφῆς		ψευδεγγραφῆ
ψευδοκλητείας			
	ὕβρεως	ὕβρεων	ὕβρεως
βουλεύσεως	βουλεύσεως	βουλεύσεως	βουλεύσεως
ἀγραφίου			
μοιχείας	μοιχείας	μοιχείας	μοιχείας
			καὶ ἄλλων.

Hoc loco optime communis trium lexicographorum fons perspicitur. Nam non solum omnes tres eundem delectum causarum ab Aristotele enumeratarum praebent, sed γραφὴ ὕβρεως in eodem loco ab omnibus tribus scriptoribus collocatur et γραφαὶ μοιχείας et βουλεύσεως ab iisdem eodem ordine inverso describuntur.

b) in glossa ἄρχοντες vel sim.

Eadem capita libelli Aristotelei, quae glossae ἡγεμονία δικαστηρίου componendae materiem suppeditaverant, incerto illi auctori iterum usui erant, cum vocem ἄρχοντες explicaret. Sed ibi aliam rationem secutus est neque curabat disjungere, quae a quoque magistratu actio sit instituta, sed potius ipsorum magistratuum officia certis finibus circumscribere in animo habebat. Quae ex hac glossa reliqua exstant, minima sunt et tantum divinare licet, quid in archetypo pleniore scriptum fuerit. Lex. Seg. V. 199. 9 et VI. 450. 9, quae confusa sunt ab Et. M. 151. 11, in archonte eponymo subsistunt et ceterorum archontum tantum nomina dicunt, at eodem, quo apud schol. Dem. 706. 12 legimus, ordine: thesmothetae, rex, polemarchus, archon; quem ordinem schol. Plat. Phaedr. 235 D (Dübner I. p. 704. 22) turbavit. Ad quae rudera complenda singulas singulorum lexicographorum glossas conferre placet.

Aristot. 59.	Schol. Plat. Phaedr. 235 D. (Dübner I. 704. 22)	Schol. Dem. 706. 12.	Phot. s. v. θεσμ
	οἱ δὲ θεσμοθέται ἓξ εἰσι τὸν ἀριθμὸν ἀφ' ὧν καὶ ὁ τόπος, ὅπου συνῄεσαν καὶ ἐσιτοῦντο, θεμίστιον ἐκαλεῖτο.		ἀρχὴ Ἀθήνησ δρῶν ἕξ, οἱ τῶν νόμων ἐπιμ ἐποιοῦντο [1]).
προγράφαι τὰ δικαστήρια.. ἔτι δὲ τὰς εἰςαγγελίας.. καὶ τὰς καταχειροτονίας καὶ τὰς προβολὰς ἁπάσας .. καὶ γραφὰς παρανόμων.	ὑπογράψαι τὰ δικαστήρια. εἰςαγγελίας εἰςῆγον καὶ τὰς χειροτονίας καὶ προβολάς καὶ γραφὰς παρανόμων καὶ ἄλλων τινῶν.	ἄρχοντες ἐννέα ἐλέγοντο οἱ ἓξ θεσμοθέται, οἵτινες εἰςῆγον τὰς τῶν παρανόμων γραφάς.	εἰςαγγελίας γελλον καὶ τὰ ροτονίας καὶ τὰ βολὰς ἁπάσα γραφὰς παραν

Verba, quae Photius sub finem addidit καὶ ἦσαν διορθωταὶ τῶν νόμων, indidem habet, unde Harpocr. s. v. θεσμοθέται = Suid. s. v., qui Aeschinem 3. 38 et Theophrastum testes affert. Schol. q. Aesch. 1. 16 e Polluce manasse [2]) credo, quia verba οἱ θεσμοθέται ἄλλα μὲν ποιοῦσι κοινῇ docent, in fonte de communibus omnium archontum officiis antea disputatum esse, quod Pollux unus re vera fecit, cf. § 87 καὶ κοινῇ μὲν ταῦτα· ἰδίᾳ δὲ.... Accedit, quod eundem scholiastam codicis q etiam alibi [3]) Polluce usum esse comperimus. Causae a Kaibelio [4]) e schol. Plat. promptae me, neque ut ab hac neque ut ab illa, quam supra [5]) protuli, sen-

1) His verbis doctrinam Atticistae Pausaniae repetit, cf. frg. 79 ed. Schwabe ap. Eustath. 1595. 37 et Wentzel, zu den atticistischen Glossen des Photius Hermes 30. 1895 p. 374. Eadem inveniuntur ap. Harp. s. v. *θεσμοθέται*, lex. Seg. V. 264. 15, Hesych. s. v.

2) sic jam Stojentin l. l. p. 11 censuit.

3) cf. supra p. 59.

4) Stil und Text p. 245.

5) cf. p. 53.

tentia discederem, commoverunt. Pollucem fonte scholii Platonici [1]) solo usum esse jam ea re redarguitur, quod, quae scholiasta de polemarchi officiis cognovit, apud Pollucem desunt. Fieri potuit, ut Pollux in ordine archontum componendo plenam glossam, quae schol. Platon. praesto fuit, respiceret, etsi non intellegimus, cur hic sine justa causa ordinem inverterit. Utrum cum Wilamowitzio [2]) glossema in Aristotelis contextu agnoscamus et quomodo pedetentim irrepserit, interpretemur, an cum Blassio [3]) verba nonnulla excidisse ponamus, dijudicare non audeo. Quae Wilamowitz peccavit, Harpocratione falso collato et additamento εἰς τὸν δῆμον injuria scholiis Platonis Aeschinisque vindicato, jam Blass tacitus correxit.

Archonti regi praeter schol. Platon. et Dem. [4]) loci, quos conferre possimus, desunt, nisi quod lex. Seg. V. 219. 14 huc pertineat. Nam verba initio posita βασιλεύς ἐστιν εἷς τῶν 9 ἀρχόντων aeque ac lex. Seg. V. 199. 9 et lex. Seg. VI. 450. 9 et Et. M. 151. 11 ἦν δ' ὁ ἄρχων τῶν 9 εἷς, lex. Dem. p. 147 ad § 264, lex. Seg. V. 290. 27, Harp. s. v. πολέμαρχος εἷς τῶν 9 ἀρχόντων indicant has glossas **segmenta plenioris de omnibus archontibus glossae** esse, nisi fallor. Harp. s. v. ἐπιμελητὴς τῶν μυστηρίων auctore nominato verba ipsa exscribit, unde Suid. et lex. Vind. gl. 223 [5]) sua quisque habet, nisi quod hoc ultimis verbis glossam Harpocrationeam insequentem ἐπιμελητὴς ἐμπορίου perstrinxit.

---

1) Opinio Stojentini l. l. p. 11, qui dubitanter quidem schol. Platon. e Polluce derivat, sustentari jam non potest.

2) l. l. p. 244. ann. 117.

3) ed. Ar. II cap. 59. v. 16. ann.

4) Finem glossae Phot. s. v. ἡγεμονία δικαστηρίου jam supra p. 71 notavi, neque discrepant ab Aristotele, quae ap. schol. Ar. Ach. 1224 legimus: ὁ ἀεὶ βασιλεὺς ἀρχή τίς ἐστιν . ἦν δὲ καὶ τῶν μυστηρίων ἐπιμελητής, τῶν πομπῶν δὲ καὶ τῶν θυσιῶν δὲ ἦρχεν.

5) ed. Nauck p. 84. 1.

Arist. 57.	Schol. Plat. Phaedr. 235 D. (Dübner I. 704. 22.)	Schol. Dem. 706. 12 ipsum delegat ad locum superiorem 601. 25, ubi legimus:	Lex. Seg. V. 21
μυστηρίων ἐπιμελεῖται μετὰ τῶν ἐπιμελητῶν, οὓς ὁ δῆμος χειροτονεῖ.	μυστηρίων προνοεῖται [1])	ὁ γὰρ βασιλεὺς ἐπεμελεῖτο τῶν ἱερῶν πραγμάτων	μυστηρίων ἐπιμ ται μετὰ τῶν ἐ λητῶν, οὓς ὁ δ ἐχειροτόνησε.
Διονυσίων τῶν ἐπὶ Ληναίῳ.			
λαμπάδων ἀγῶνας διατίθησι.			
πατρίους θυσίας διοικεῖ πάσας.	καὶ τὰς θυσίας τὰς πατρίους διοικεῖ.		
γραφαὶ δὲ λαγχάνονται πρὸς αὐτὸν ἀσεβείας, κἄν τις ἱερεωσύνης ἀμφισβητῇ πρός τινα.		καὶ εἰςῆγε τὰς τῆς ἀσεβείας γραφὰς πρὸς τοὺς Εὐμολπίδας.	γραφαὶ δὲ λαγχ ται πρὸς αὐτὸν βείας καί, ἄν τ ρωσύνης ἀμφι τήσῃ, προςτιμῇ
διαδικάζει δὲ καὶ τοῖς γένεσι καὶ τοῖς ἱερεῦσι τὰς ἀμφισβητήσεις τὰς ὑπὲρ τῶν γερῶν ἁπάσας οὗτος.			διαδικάζει δὲ κα γένεσι καὶ τοῖ ρεῦσι τὰς ἀμφι τήσεις τὰς ὑπὲ γερῶν.
λαγχάνονται δὲ καὶ αἱ τοῦ φόνου δίκαι πᾶσαι πρὸς τοῦτον.			λαγχάνονται δὲ αἱ τοῦ φόνου πᾶσαι πρὸς το

Quod ad polemarchum attinet, multa extrinsecus sumpta esse videntur neque unumquidque ad fontem reducere possumus, velut curam liberorum eorum, qui pro patria mortui erant (schol. Dem. 706. 12). Quem si schol. Plat. Phaedr. 235 D (Dübner I. 704. 22) cum legato archontis regis comparat, ad tempora antiquissima (Arist. 3. 4) spectare videtur.

1) Eadem legimus in glossa Hesychii s. v. βασιλεύς. ἄρχων τις Ἀθήνησιν μυστηρίων προνοῶν.

t. 58.	Schol. Plat. Phaedr. 235 D (Dübner I. 704. 22) = Schol. II Arist. Vesp. 1042.	Schol. Dem. 706. 12.	Lex. Seg. V. 290. 27.	Lex. Dem. p. 147 ad § 264.	Harp. s. v. πολέμαρχος.
μὲν θυ- . Ἀρτέ- ῃ ἀγρο- καὶ τῷ λίῳ, δια- ι δ' ἀγῶ- ἐπιτά- . . . . τοῖς οις καὶ οτελέσι ῖς προ-	ῷ κατηγγύων τοὺς ξένους.	εἶτα ὁ πολέμαρχος, ὅςτις ἐπεμελεῖτο τοῦ τρέφεσθαι ἐκ τοῦ δημοσίου τοὺς παῖδας τῶν ἀποθανόντων γενναίως ἐν τῷ πολέμῳ.	ἄρχων ἐστὶν Ἀθήνησι τῶν 9 ἀρχόντων. καὶ τῷ Ἐνυαλίῳ διατίθησι τὸν ἀγῶνα τὸν ἐπιτάφιον.	εἷς τῶν 9 ἀρχόντων. ἐπεμελεῖτο δὲ τῶν κατὰ πόλεμον[1]). ὕστερον δὲ ἀφῃρέθη καὶ προειστήκει τῶν ξένων καὶ μετοίκων.	ἀρχή τις ἦν παρ' Ἀθηναίοις οὕτω καλουμένη, ἔστι δὲ εἷς τῶν 9 ἀρχόντων. Tum Aristotelem ipsum exscribit.

Quae Aristot. de archonte κατ' ἐξοχήν exposuit, postea verbis de eponymia huius magistratus aucta sunt, quae talia fere fuerunt ὁ τὴν ἐπώνυμον ἀρχὴν ἄρχων, ἀφ' οὗ καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ἐμετρεῖτο. Non attinet locos a L. Langio[2]) collectos repetere, unde cognoscimus usque ad Philonem de Abrah. 2 memoriam eponymiae non oblitteratam fuisse, quod ipsum etiam Zonaras[3]), cum negat archontem apud scriptores probatos eponymum appellari, ostendit. Nostra interest indicare ab his verbis varie mutatis omnes lexicographos, lex. Cant. s. v. ἐπώνυμος ἄρχων, lex. Seg. V. 199. 9, lex. Seg. VI. 450. 9, Et. M. 151. 11[4]) et scholiastas Plat. Phaedr. 235 D (Dübner I. 704. 22), Dem. 706. 12 initium vocis ἄρχων explicandae facere. Quae cum a Polluce § 89 excerptis Aristoteleis sub

1) Haec e loco Demosth. 19. 264, quem interpretandum sibi proposuit, fluxisse videntur.

2) Leipz. Stud. I. p. 159 sq.

3) p. 796 ed. Tittmann.

4) Hesych. s. v. ἄρχων nihil nisi haec habet: πρύτανις Ἀθήνησιν ἐπώνυμος τῶν ἀρχόντων.

finem addita videamus, jam non dubitare possumus, quin lexico illi rhetorico tribuenda sint.

Arist. 56.	Schol. Plat. Phaedr. 235 D (Dübner I. 704. 22).	Schol. Dem. 706. 12.	Lex. Cant. s. v. ἐπώνυμος ἄρχων.	Lex. S V. 19
	ἄρχων δέ ἐστιν ὁ ἐπώνυμος τοῦ ἐνιαυτοῦ.	εἶτα ὁ ἄρχων ὁ ἐνιαύσιος	ἀφ' οὗ ἡ πόλις χρηματίζει.	ὁ τὴν ἐ μον ἀρχ χήν, ἀ καὶ ὁ ἐν ἐμετρεῖτ
διατίθησι χορηγοὺς τραγῳδοῖς . . . . . εἰς Διονύσια . . καὶ εἰς Θαργήλια . . εἰς Δῆλον . . . πομπῶν τῆς τε τῷ Ἀσκληπίῳ καὶ τῆς Διονυσίων τῶν μεγάλων . . . καὶ τῆς εἰς Θαργήλια καὶ τῆς τῷ Διὶ τῷ Σωτῆρι . . . τὸν ἀγῶνα τῶν Διονυσίων . . καὶ τὸν τῶν Θαργηλίων	οἷς πᾶσι [1]) καὶ ἑορταὶ καὶ θεοί, οἷς θύουσι,		ἔχει δὲ ἐπιμέλειαν χορηγοὺς καταστῆσαι εἰς Διονύσια καὶ Θαργήλια. ἐπιμελεῖται δὲ καὶ τῶν εἰς Δῆλον καὶ τῶν ἀλλαχόσε πεμπομένων Ἀθήνηθεν χορῶν.	δὲ εἰς τ

1) scilicet archonti polemarcho, regi, eponymo. Cum thesmothetarum diligentius officia secundum Aristotelem descripsisset, etiam de officiis ceterorum archontum plura, quam schol. habet, in fonte exstitisse veri simillimum est. Quem fontem lexicon rhetoricum fuisse jam Cohn, Jhbb. f. Phil. Suppl. XIII. p. 831 suspicatus est.

αὶ καὶ δί- κακώσεως ων, ὀρφα- ἐπικλή- . . . . ελεῖται δὲ τῶν ὀρφα- καὶ τῶν λήρων καὶ γυναικῶν.	καὶ δίκαι τινὲς ἀπονέμονται.	ὅςτις ἐπεμελεῖτο τῶν χηρῶν καὶ τῶν ὀρφανῶν καὶ ἄλλων τινῶν.	λαγχάνονται δὲ πρὸς αὐτὸν καὶ γραφαὶ καὶ δίκας εἰς τὸ δικαστήριον εἰςάγει.	εἰςήγονται δ ἐν αὐτῷ δίκα ἐπικλήρων κα ὀρφανῶν κα τοκέων.

c) in glossa θεσμοθετῶν ἀνάκρισις.

Lexicon, quod vulgo Cantabrigiense vocatur, e glossis compositum esse, quae marginibus codicis Harpocrationei Cantabrigiensis ab alia manu atque ea, quae Harpocrationem scripserit, additae sint, omnibus notum est. Inter fragmenta in hoc opusculo servata maximi momenti fuerunt Philochorea, Theophrastea, Aristotelea. Haec postrema quidem nunc existimationem amiserunt et nos tantum monent, ut quam cautissime ceteris fragmentis utamur, nam Aristotelem etsi septies laudat, vix uno loco sincerum reddit, immo vero tum contrahit (εἰς δατητῶν αἵρεσιν = Ar. 56. 6, κυρία ἡ ἐκκλησία = Ar. 43. 4/5), tum auget (ξενίας γραφή = Ar. 59. 3, θεσμοθετῶν ἀνάκρισις = Ar. 55. 3), tum prave intellegit (λογισταὶ καὶ συνήγοροι = Ar. 54. 2). Quae addidit, tamen non ea sunt, ut doctrinam posterioris aetatis redoleant, et nonnulla ab aliis auctoribus comprobantur. Quod cadit in glossam θεσμοθετῶν ἀνάκρισις cum Poll. VIII. 85 collatam. Titulus glossae θεσμοθετῶν ἀνάκρισις et verba ὑπὲρ τῆς πατρίδος apud utrumque leguntur, apud Aristot. 55. 3 desiderantur. At cum lex. Cant. Polluce usum esse glossa ipsa redarguat et Pollucem saepius fontem suum alienis additamentis locupletasse supra viderimus, summa, credo, necessitate cogimur, ut haec quoque jam in lexico illo rhetorico sub titulo θεσμοθετῶν ἀνάκρισις conjuncta fuisse statuamus, unde cum lex.

Cant. tum Pollux sua hausit. Nomen, quod huic rei indidit, quin e verbis Dem. 57. 66 θεσμοθέτας ἀνακρίνετε vel similibus fictum sit, non dubito. Quaestionem autem legis εἰ τὰ τέλη τελεῖ Pollux ipse ad finem transposuit et ita permutavit, ut sententia prorsus alia efficeretur ac quae lege significata erat. Neque cogitari potest Pollucem his verbis tempora antiquiora respicere, cum magistratus pro censu quisque designabantur. Hoc tantum inde evincimus, Polluci τέλος hic sicut alibi idem ac τίμημα, hoc est censum, significare visum esse. Quam ob rem quaestionem hanc interpretatus est, tamquam archontes interrogarentur, num census sibi legitimus esset, at non, quod debebat, num tributa solverent. Minus certe judicari licet de ceteris additamentis a Polluce hic illic §§ 85—91 inspersis. Sic porticus regia prope lapidem [1]), ubi archontes jurabant, apud Aristot. 7. 1 commemoratur, unde Pollux ipse eam huc transferre potuit. Jus autem supplicii, quod Pollux injuria omnium archontum [2]) fuisse dicit, cum thesmothetarum tantum esset, a Demosthene in oratione Aristocratea (23. 31, 51) saepius tractatur, et formulae legis ἐάν τις κατίῃ ὅποι μὴ ἔξεστιν (Dem. 23. 51) ap. Pollucem VIII. 87 repetuntur. Cum Polluci talem diligentiam et studium in oratoribus atticis perlegendis aegre tribuamus, non fallimur, si hoc quoque in lexico rhetorico exstitisse conicimus. Eidem fonti jam supra [3]) verba, quae Pollux § 90 excerpto Aristoteleo inseruit τοὺς ἐν αἰτίᾳ, comparata glossa Photiana s. v. ἡγεμονία δικαστηρίου, reddere ausus sum. Quod cum supremo eiusdem paragraphi enuntiato facere vereor, etsi certus non sum, Pollucine ipsi tribuendum sit. Hoc tantum scio, Pollucem ea re, quod regis conjugem βασίλισσαν non βασίλειαν aut βασιλίδα nominavit, a praeceptis aequalis Phrynichi distare [4]). Hic enim in primo ἐκλογῆς libro hanc vocem a limine removit,

1) Wachsmuth, Stadt Athen II. p. 352.

2) Meier-Schömann-Lipsius, Att. Proz. l. p. 55 ann. 36.

3) p. 71.

4) cf. R. Schöll, die Ekloge des Atticisten Phrynichos. Münch. Sitzungsber. 1893. p. 514.

in altero libro, cum exempla ex Alcaeo et Aristotele (cf. Bekkeri Antiatticista in Anecd. graec. I. 84. 26) et ps. Dem. 59. 74 allata essent, tamen discipulum, ne uteretur, admonuit [1]. Quae dissensio inter auctorem Onomastici et atticistam utrum consulto an casu orta sit, ignoro.

d) in glossa ἱεροποιοί.

In quaestione dijudicanda, quatenus lexicographi posteri ex Aristotele pendeant, summi est momenti glossa ἱεροποιοί. Pollucem nil nisi Aristotelis verba excerpsisse jam supra [2]) contendi. Quae conjectura ea re veri similior fit, quod ceteri etiam auctores ultra Aristotelem nihil de hoc magistratu videntur cognovisse. Unde jam suspicio jure oriri potest, Polluci quoque alios fontes ad hanc rem defuisse. Hi enim sunt, qui de sacerdotibus illis verba fecerunt praeter Aristotelem 54. 6, 7 et Pollucem VIII. 107: lex. Seg. V. 265. 22, lex. Dem. ad § 26 p. 11, Phot. s. v. ἱεροποιοί, Et. M. 468. 56.

Ar. 54. 6, 7.	Lex. Seg. V. 265. 22.	Lex. Dem. p. 11 ad § 26.
κληροῖ δὲ καὶ ἱεροποιοὺς δέκα, τοὺς ἐπὶ τὰ ἐκθύματα καλουμένους, οἳ τά τε μαντευτὰ ἱερὰ θύουσιν, κἄν τι καλλιερῆσαι δέῃ, καλλιεροῦσι μετὰ τῶν μάντεων. κληροῖ δὲ καὶ ἑτέρους δέκα, τοὺς κατ' ἐνιαυτὸν καλουμένους, οἳ θυσίας τέ	ἱεροποιοί· κληρωτοὶ ἄρχοντες. εἰσὶ δὲ δέκα τὸν ἀριθμόν, οἵ τά τε μανθεύματα ἱεροθυτοῦσι, κἄν τι καλλιερῆσαι δέῃ, καλλιεροῦσι μετὰ τῶν μάντεων ... καὶ θυσίας τὰς νο-	ἱεροποιοί. κληρωτοὶ ἄρχοντες δέκα, οἳ τὰ μεμανθευμένα ἱερὰ θύουσιν.

1) Ael. Dionys. ap. Eustath. 1425. 29 = frg. 91 Schwabe utramque formam admiserat.

2) cf. p. 30.

τινὰς θύουσι καὶ τὰς πεντετηρίδας ἁπάσας διοικοῦσιν πλὴν Παναθηναίων.	μιζομένας ἐπιτελοῦσι καὶ τὰς πεντετηρίδας ἁπάσας διοικοῦσι πλὴν Παναθηναίων.	
		Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι τῶν σεμνῶν θεῶν.

Vides, quo modo discrimen, ab Aristotele inter ἱεροποιοὺς ἐπὶ τὰ ἐκθύματα et τοὺς κατ' ἐνιαυτὸν καλουμένους servatum, in lex. Seg. V. jam plane detritum sit. Quae lex. Dem. addit sub finem, e Dem. 21. 115 vel simili loco oratoris attici sumpta sunt. Quod jam a fonte lexicorum Segueriani V et Demosthenici cum verbis Aristoteleis conjunctum fuisse cogitari licet. Neque plura Photio Etymologoque Magno praesto fuerunt [1]).

e) in glossa ἐχῖνος.

At hoc, credo, jam ex eis, quae exposui, magis magisque elucet, statuendum esse aliquod lexicon rhetoricum multo plenius eis, quae nobis praesto sunt. Cuius lexici auctor fundamento Aristotele usus est, quem in primis eis, quae ex oratoribus atticis hausit, locupletavit. Quali ratione ei contigit, ut in singulis glossis paene totam antiquitatum Atheniensium scientiam collocaret. Divulsa disjectaque huius lexici membra et apud Harpocrationem et apud Pollucem et apud ceteros lexicographos legimus, varie mutata, aliena addita, multa omissa, sed sic conservata, ut origo eadem cognoscatur. Quod ut magis perluceat, ea exscribere mihi placet, quae lexicographi varii de supellectile judiciali ἐχῖνος tradunt, collato Aristot. 53. 2.

---

1) cf. supra p. 13.

Ar. 53. 2.	Poll. VIII. 17.	Lex. Seg. V. 258. 3 = Phot. gl. I.	Lex.Dem. § 48 p. 148.	Schol. Ar. Vesp. 1436 = Phot. ἐχῖνοι = Suid. ἐχῖνοι = Et. M. 404. 55 = lex. Seg. IV. 189. 5.
ἐμβαλόντες τὰς μαρτυρίας καὶ τὰς προκλήσεις καὶ τοὺς νόμους εἰς ἐχίνους . . . καὶ τούτους κατασημηνάμενοι καὶ τὴν κρίσιν τὴν τοῦ διαιτητοῦ . . παραδιδόασι πάλιν τοῖς . . . δικάζουσιν.	ἐχῖνος δὲ οὗ αἱ μαρτυρίαι ἐμβληθεῖσαι κατεσημαίνοντο[1].	ἐχῖνος · καδίσκος χαλκοῦς εἰς ὃν αἵ τε μαρτυρίαι καὶ αἱ προκλήσεις ἔγγραφα ἐνεβάλλοντο ὑπὸ τῶν δικαζομένων καὶ κατεσημαίνετο ὁ ἐχῖνος ἵνα μηδεὶς κακουργήσῃ μετὰ τὸ ἅπαξ ἐμβάλλεσθαι.	ἐχῖνος· ἀγγεῖον τι χαλκοῦν, ἐν ᾧ ἀπετίθεσαν τὰς μαρτυρίας καὶ τὰς προκλήσεις οἱ δικαζόμενοι.	ἐχῖνος · ἄγγος τι χαλκοῦν ἢ καὶ ἐκ κεράμου, εἰς ὃ καθιᾶσιν οἱ διαιτηταὶ τὰ γραμματεῖα τῶν μαρτυριῶν ἅτινες ἐμαρτύρησαν καὶ κατασημηνάμενοι, εἰ ἐγκληθείη ἡ δίαιτα, τοῖς δικασταῖς ἐπεδίδουν.

Neminem ex his scriptoribus ipsum Aristotelem adiisse consentaneum est. Unus Pollux hoc alias fecit, sed hic Aristotelis verba jam in formam glossae redacta adhibuisse videtur. Omnes ad unum fontem recurrunt, qui ex Aristotele propriam glossam composuit, aliunde hoc tantum cognito, vas illud ex aere factum esse. Scholiasta quod addit ἐχίνους non solum aëneos sed etiam fictiles fuisse eorum gratia, quibus locum Aristophaneum interpretabatur, fingere debebat. Nam vas aëneum mulier Sybaritis frangere non potuit. Magis valent verba lexici Seg. V., quibus explicatur, cur ἐχῖνος obsignatus sit. Variis modis, ne quid fraudis in judicando committeretur, cautum esse Aristoteles ipse saepius testatur cf. p. XXXII. 14 (ἐμπήκτης) κληροῦται . . . ἵνα μὴ ὁ αὐτὸς

---

1) Similia a Polluce repetuntur, ubi de diaetetis agit § 127.

ἐνπηγνύων κατηγορῇ. p. XXXVII. 8. ἔχει δ' ὁ χαλκοῦς (sc. ἀμφορεύς) ἐπίθημα διερρινημένον ὥςτ' αὐτὴν μόνην χωρεῖν τὴν ψῆφον, ἵνα μὴ δύο ὁ αὐτὸς βάλλῃ. Neque nos erraturos esse credo, si talia additamenta, quae per se vera sunt sed apud Aristotelem desiderantur, auctori satis antiquo tribuemus. Eadem enim ratio inter haec verba lex. Seg. V. et Aristotelea intercedit, quae exstat inter glossam lex. Cant. s. v. ξενίας γραφή et Aristot. 59. 3. Aristoteles alteram causam δωροξενίας explanavit, alteram ξενίας nude enumeravit. Quam lacunam in lex. Cant. interpretatione per se aptissima expletam videmus. Quo in lexico cum jam supra [1]) vestigia veteris illius lexici rhetorici detexerimus, etiam haec verba nec non ea lex. Seg. V. eodem referre veri similius fit. Kaibelio [2]) autem asseveranti lex. Cant. ex Aristotele interpolato manavisse (si viri docti verba recte intellexi, paullisper enim ambigue locutus est) non assentiar. Nam si haec ita se haberent, eodem jure, quidcumque lex. Cant. ad verba Aristotelea addidit (in glossa κυρία ἐκκλησία verba καὶ τὰ ἄλλα ἀναγκαίων, s. v. λογισταί numerum judicum 501, s. v. θεσμοθετῶν ἀνάκρισις verba ὑπὲρ τῆς πατρίδος), in libro Aristoteleo ab auctore lex. Cant. adhibito jam exstitisse statuendum est. Quod cum per se veri dissimile sit, codicem scriptoris umquam tantopere vitiatum esse, tum Polluce VIII. 86. [3]) collato refutatur.

Harp. s. v. ἐχῖνος = Suid. gl. ἐχῖνος, etsi cum alios tum Aristotelem laudat, similem explicationem sprevit.

f) in glossa πινάκιον.

Longum est omnes glossas plenas transscribere et cum verbis Aristotelis, quae his respondent, componere, praesertim eas, ubi idem observatur, quod modo de glossa ἐχῖνος indicavimus. Perlegas quaeso Aristot. 63. 4 de tabellis judicum

---

1) p. 79.
2) Stil und Text p. 247.
3) cf. supra p. 79.

verba facientem et conferas glossas Photii s. v. πινάκιον = lex. Seg. V. 299. 3 = lex. Cant. s. v. πινάκιον, Hesych. s. v. χαλκοῦν πινάκιον, Zonaras 1843 = Et. Flor. ed. Miller mél. de la litt. gr. p. 307. v. 2 a s. Idem observabis: oratio philosophi ab omnibus eodem fere modo recocta, ut ita dicam, nobis offertur. Sed secundum Aristotelem tabellulae buxeae erant, a lexicographis omnibus usque ad unum additur: ἢ χαλκοῦν vel simile. Unde idem concludimus, quod jam saepius adnotavi: Aristotelem ab illo incerto auctore auctum et amplificatum et jam in singula membra discissum posteris traditum esse [1]). Certe fieri potest, ut unus alterve ex his glossarum scribis interdum fontes jam derivatos anquisiverit. Quod, quantum potui, semper indicare non oblitus sum. Sed **omnibus** locis **omnes** ex uno scriptore nobis superstite hausisse quominus putemus, jam varietas singularum glossarum nos prohibet.

g) in glossis βακτηρία et σύμβολον.

Persaepe accidit, ut ille omnium lexicographorum fons nihil haberet, quod fonti suo adderet, itaque contentus erat verbis in glossam formandis, velut in vocibus βακτηρία et σύμβολον, quas conjunctas et contractas apud lex. Seg. IV. 185. 4 et Suid. s. v. βακτηρία καὶ σύμβολον invenimus, disjunctas et paullo pleniores illam βακτηρία apud lex. Seg. V. 220. 17 et schol. Arist. Vesp. 1110. [2]), hanc σύμβολον apud Phot. s. v. σύμβολον gl. 1 = Et. M. 734. 26. = Suid. gl. 1, qui addit ἦσαν δὲ τὸν ἀριθμὸν ἀπὸ τοῦ α ἕως κ; lex. Seg. V. 301. 1.; Hesych. s. v. σύμβολον. Varii scriptores tam fideliter lectiones fontis primarii servaverunt, ut ex his denuo

1) S. Bruck, Philolog. 52. 1893. p. 299 tabellas aëneas ante ligneas in usu fuisse probavit. Kaibelii interpretatio (Stil und Text p. 254. ann. 1.) mihi non persuasit.

2) Schol. Junt. Ar. Plut. 277. 278 ipsum Aristotelem legit, cf. Wilamowitz l. l. I. p. 294.

pagina papyri Londinensis XXXIII. v. 3--15 misere dilacerata restitui posset.

h) in glossa τετρυπημένη ψῆφος.

Neque aliter res se habet in glossa τετρυπημένη ψῆφος. Harp. [1]) s. v. τετρυπημένη ψῆφος ipsum Aristotelem p. XXXVI. 27. adhibuit, unde Suid. s. eadem v. et Et. Flor. ed. Miller mél. de la litt. gr. p. 280. 18 sua habent. Quo fonte Poll. VIII. 123, lex. Seg. V. 307. 18, Phot. s. v. τετρυπημένη ψῆφος eadem atque Harpocrationem ratione usos esse, prorsus negandum est. Tamen Pollux, lex. Seg. V., Photius inter sese similitudinem quandam esse non celant.

i) in glossis καδίσκος et ἀμφορεῖς.

Interdum artis vocabulum ad supellex judiciale significandum ab Aristotele non commemoratum est, quod detrimentum auxilio in primis oratorum et comicorum atticorum compensabatur. Sic urnae, in quas suffragia judicum iniciebantur, ab Harpocratione s. v. καδίσκος = Suid. s. v. = Zonar. p. 1141, Poll. VIII. 17 cf. ib. § 123, Hesych. s. v., schol. Ar. Av. 1032, schol. Ar. Vesp. 321, lex. Seg. V. 275. 28 = Et. M. 482. 55 explanantur, nomine καδίσκος ex oratoribus e. gr. [Dem.] 59. 90, Lys. 13. 37, al. cognito. Aristoteles p. XXXVII. 3 rem descripsit, nomen omisit. Idem cadit in orcam illam, urnae impositam, per quam calculi immittebantur. Apud Aristotelem p. XXXVII. 8 nomen desideratur, etsi vasculum ipsum diligentissime describitur, apud lexicographos ex Aristophanis Vesp. 754 suppletum est, quomodo hoc instrumentum judiciale nominatum sit. At praeterquam quod ipsae glossae clamant, se ad fontem unum redire, hoc loco nobis etiamnunc pleniores duo loci supersunt, qui nos edocent, quomodo fere illud lexicon rhetoricum compositum fuerit: Pollux VIII. 123 et schol. Ar. Equ. 1151.

---

1) cf. Wilamowitz-Kaibel, ed. ad h. l.

Arist. p. XXXVII. 3.	Schol. Ar. Equ. 1151.	Poll. VIII. 123.
	κημὸς ὁ ἐπὶ τοῦ καδίσκου, εἰς ὃν τὰς ψήφους καθίεσαν ἐν τοῖς δικαστηρίοις. Κρατῖνος δὲ αὐτὸν ἐν Νόμοις σχοίνινον ἠθμὸν καλεῖ, τοιοῦτος γὰρ ἐγίνετο καὶ ἦν παρόμοιος χώνῃ, ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἰνάχῳ. ὕστερον δὲ	κάδος, ᾧ κημὸς ἐπέκειτο δι' οὗ καθίετο ἡ ψῆφος.
εἰσὶ δ' ἀμφορεῖς δύο κείμενοι ἐν τῷ δικαστηρίῳ, ὁ μὲν χαλκοῦς, ὁ δὲ ξύλινος, διαίρετοι, ὅπως μὴ προυποβάλλωνται ψῆφοι, εἰς οὓς ψηφίζονται οἱ δικασταί,	ἀμφορεῖς δύο ἵσταντο ἐν τοῖς δικαστηρίοις, ὁ μὲν χαλκοῦς, ὁ δὲ ξύλινος,	αὖθις δὲ δύο ἀμφορεῖς ὁ μὲν χαλκοῦς, ὁ δὲ ξύλινος,
ὁ μὲν χαλκοῦς κύριος, ὁ δὲ ξύλινος ἄκυρος, ἔχει δ' ὁ χαλκοῦς ἐπίθημα διερρινημένον ὥςτ' αὐτὴν μόνην χωρεῖν τὴν ψῆφον, ἵνα μὴ δύο ὁ αὐτὸς βάλλῃ.	καὶ ὁ μὲν κύριος ἦν, ὁ δὲ ἄκυρος, ἔχει δ' ὁ χαλκοῦς, ὥς φησιν, Ἀριστοτέλης, διερρινημένον ἐπίθημα, εἰς τὸ αὐτὴν μόνην τὴν ψῆφον καθίεσθαι.	ὁ μὲν κύριος, ὁ δὲ ἄκυρος, τῷ δὲ χαλκῷ ἐπῆν ἐπίθημα μιᾷ ψήφῳ χώραν ἔχον.

Pollucem ne ex ipso Aristotele derivemus, non tam locus, ubi de hac re disputatur, longe distans ab illis, ubi vestigia Aristotelea remanserunt, nos abstinet, non tam ratio Pollucis in fonte excerpendo aliunde nota, quam ea res, quod κημός et ἀμφορεῖς item atque in schol. Aristophaneo inter sese conjunguntur et vox αὖθις respondet vocabulo ὕστερον in scholio. Deinde cum Pollux e scholiasta sine dubio non hauserit, ne

hunc quidem ipso Aristotele usum esse similitudo cum Polluce vetat. Ergo uterque ad unum eundemque fontem revocandus est. Cuius fontis sermonem schol. Aristot. satis integrum reliquisse videtur, quod jam ea re comprobatur, quia testes Cratinum, Sophoclem, Aristotelem non resecuit et ineptiae a ceteris lexicographis in hac glossa prolatae inde facillime intelleguntur. Glossas enim κημός et ἀμφορεῖς, quae apud Pollucem et scholiastam conjunctae leguntur, disjunctae nobis apud alios et lexicographos et scholiastas occurrunt. Vocem κημός interpretantur Poll. VIII. 17, Phot. s. v. = Suid. gl. 2, lex. Seg. V. 275. 28, lex. Cant. s. v., Hesych. s. v., schol. Ar. Vesp. 99. Qui si dicunt hoc vasculum simile fuisse ἠθμῷ vel χώνῃ, hoc vocabulum Sophocles, illud Cratinus e glossa pleniore eis suppeditaverunt. Contra soli vocabulo ἀμφορεῖς explicando schol. Ar. Vesp. 987 operam dedit.

k) in glossis πρυτάνεις, πρυτανεία, πρυτανεῖα, κυρία ἐκκλησία.

Jam Wilamowitz [1]) animadverterat, posteros, quidcumque de institutis judicialibus enarrarent, ex Aristotele cognitum habere. Quod si hi saepius erraverunt et falsa tradiderunt, non solum ipsorum culpa est, sed jam eius, qui primus libellum de Republica Atheniensium hoc consilio spoliavit. Quae glossae ab alio magis ab alio minus diligenter exscriptae excerptaeque in ea glossarum corpora pervenerunt, quae etiamnunc leguntur. Atque cum Aristoteles de his rebus diffusius disseruisset neque minutiarum oblitus esset, in eis, quae hic memoriae prodidit, is qui primus glossas coegit, acquiescere potuit et revera acquievit. Sed ratio ipsa inter Aristotelem et illum glossarum scriptorem primarium in rebus publicis non alia est atque in rebus judicialibus. Cuius rei documentum satis luculentum id sit, quod posteri de prytanibus et prytaniis narrant. Scholiasta Platonis legg. XII. 953 C

1) l. l. I. p. 204.

(Dübner II. p. 489. 12) ad hunc locum non solum id, quod huc spectat et interpretationem revera adjuvat, attulit, h. e. de prytanibus et prytaniis disserit, sed etiam, quid πρυτανεῖα sint, exposuit. Cur hoc fecerit, intellegere non possumus, nisi sumamus omnes tres glossas et πρυτάνεις et πρυτανείας et πρυτανεῖα in fonte scholiastae jam conjunctas fuisse, nam ad locum Platonicum explicandum πρυτανεῖα advehere nihil opus erat. Quae ratiocinatio comprobatur, si alios locos componimus. Nam etsi concedimus auctorem lex. Seg. V. 291. 4. 11. 15, quod similibus verbis eodemque ordine πρυτάνεις, πρυτανείας, πρυτανεῖα usus sit, casui cuidam tribuendum esse, tamen vix eodem casu glossam Photianam s. v. πρυτανεία conflatam esse nobis persuadere possumus. Quae glossa sic manifestissime composita est, ut initio similia praebeat ac lex. Seg. V. 291. 11, tum mutato ordine primum de πρυτανεῖα deinde de πρυτανεῖαι narret fere eadem, quae apud schol. Plat. alio ordine legimus. Inde sequitur scholiastam nec non Photium eundem fontem sibi acquisivisse, in quo jam omnia tria vocabula simul explicata erant. Ille autem fons, scilicet idem lexicon rhetoricum, ad quod supra glossas ἡγεμονία δικαστηρίου, θεσμοθετῶν ἀνάκρισις, alias rettulimus, in libello Aristoteleo tantum ad voces πρυτάνεις et πρυτανεία explicandas materiam sibi utilem invenit, de sacramentis autem [1]), quae Graeci πρυτανεῖα nominabant, hunc librum frustra excussit, quam ob causam ad oratores atticos ei confugiendum erat. Nonne idem hic factum esse videmus, quod modo in glossis κημός et ἀμφορεῖς animadvertimus? Illic ἀμφορεῖς in Aristotelis opusculo explicati κημὸς omissus, hic πρυτανεῖα omissa πρυτανεῖαι et πρυτάνεις explicata inveniuntur. Neque aliter atque illic nostro loco hae singulae glossae in singulis lexicis rhetoricis disjunctae leguntur:

πρυτάνεις lex. Dem. § 29 p. 140 s. f. et § 37. p. 140, lex. Seg. V. 291. 4. = Et. M. 693. 53, Harp. s. v. πρυτάνεις = Et. Flor. ed. Miller. p. 259. 7 a. i.

---

1) Böckh, Staatsh.³ I. p. 416.

πρυτανεία lex. Dem. § 75 p. 141, lex. Seg. V. 291. 11 = Et. M. 693. 42, Harp. s. v. πρυτανείας. Poll. VIII. 115 verbis fontis immiscet, quod aliunde cognovit, augendo tribuum numero singulas tribus per singulos menses prytania functas esse, quod etiam lex. Seg. VI. 409. 23, Timaeo s. v. non ignotum erat.

πρυτανεῖα lex. Seg. V. 291. 15. = Et. M. 693. 43, Harp. s. v. πρυτανεῖα.

Suidas s. v. πρυτανεία Photium s. v. πρυτανεία cum Harpocratione s. v. πρυτανείας et πρυτανεῖα conglutinat. Maximus Planudes [1]), quomodo diligentem contionum ordinariarum et extraordinariarum prytaniarumque Atheniensium scientiam sibi comparaverit, dijudicare non audeo. Quominus Aristotelem ipsum legerit, non tam tempus, quo vixit, impedit, quam id, quod de contionibus extraordinariis enarravit, Aristoteli prorsus alienum. Nam, quod Reusch [2]) libello de Republica Atheniensium nondum reperto ex inscriptionibus et variis dispersis glossis enucleavit, nunc optime confirmatur. Aristoteles 43. 4 et qui Aristotelea reddunt: Harp. s. v. κυρία ἐκκλησία; Poll. VIII. 95—96 = schol. Aesch. I. 104; lex. Seg. V. 274. 19 [3]); lex. Cant. s. v. κυρία ἐκκλησία; schol. Dem. 341. 12 primum **quaternas** contiones **singulis prytaniis** habitas esse Athenis docent, tum **unam** fuisse ἐκκλησίαν κυρίαν in singulis prytaniis, denique eam non oppositam fuisse ἐκκλησίᾳ συγκλήτῳ sed simplici ἐκκλησίᾳ [4]). Contra qui ab Aristotele diversa narrant, de hac re consentiunt, **ternas** fuisse contiones **singulis mensibus** convocatas, quae **omnes tres** κύριαι appellabantur et oppositae erant ἐκκλησίᾳ συγκλήτῳ **aut** προσκλήτῳ. Loci scriptorum alterius generis hi sunt. Schol. Dem. 706. 7, schol. Arist. Ach. 19 = Suid. s. v. κυρία ἐκκλησία, schol.

---

1) schol. ad Hermogenem p. 509. 20 ed. Walz, Rhetor. gr. V.

2) de diebus contionum ordinariarum apud Athenienses in: Dissertationes philologicae Argentoratenses selectae. III. 1880. p. 1 sq.

3) Et. M. 549. 4 = lex. Seg. V. 274. 6 + ib. 19.

4) cf. Arist. 62. 2 μισθοφοροῦσι... ταῖς μὲν ἄλλαις ἐκκλησίαις δραχμήν, τῇ δὲ κυρίᾳ ἐννέα ὀβολούς.

Aesch. 1. 60, schol. Dem. 249. 14 = schol. Dem. 378. 26, schol. Aesch. 3. 24. schol. Dem. 485. 19. schol. Dem. 389. 12, schol. Aesch. 2. 72. Quo addi licet Pollux VIII. 116, qui solam ἐκκλησίαν σύγκλητον curat. contione ordinaria jam antea VIII. 95 secundum Aristotelem explicata. Photius s. v. κυρία ἐκκλησία alteram sententiam alteri opponit, qua re discrimen fuisse inter utramque partem indicat. Enuntiatum prius ἐν ᾗ τοὺς ἄρχοντας ἐχειροτόνουν, οἷον στρατηγούς, ἱππάρχους καὶ τοὺς τοιούτους etiam in lex. Seg. V. 274. 10 legimus. Quae sequuntur ἄλλοι δὲ φασιν καθ' ἕκαστον μῆνα ἐκκλησίας τρεῖς, αἳ κύριαι πρὸς σύγκρισιν ἐλέγοντο τῶν συγκλήτων, ad scholiastas Demosthenis et Aeschinis modo notatos se applicant. Summi quidem esset momenti, si nobis, ut glossam lex. Cant. s. v. κυρία ἐκκλησία laceram sanaremus, contingeret. Sed Nauck [1]) recte dixit, locum ita comparatum esse, ut sine novis subsidiis nihil possemus extundere neque viro in republica Atheniensi tantopere versato, qualis Demetrius Palerensis fuit, hanc miram de ternis contionibus κυρίαις doctrinam delegare volo, nisi inscriptiones novae nos edocuerunt re vera plus quam unam ἐκκλησίαν κυρίαν in una prytania habitam esse [2]). Maximus vero Planudes partim Aristotelis doctrinam secutus est et quaternas contiones in singulas prytanias distribuit, partim hanc aspernatus est et contionem σύγκλητον nominat, verbis haud discrepans ab ea explicatione, quam nobis scholiastae tradiderunt. Cum hominem aetatis byzantinae ad talem quaestiunculam decidendam diversos veteres auctores consuluisse veri dissimile sit, fortasse conicere licet, jam in fonte eius nescio quo ambas sententias conjunctas fuisse et indidem manavisse, quae nobis de prytaniis narrat. At cum, quod ad has attinet, non distet ab usitata schol. Platon. et Photii interpretatione, licet brevior sit, non solum de prytanibus, prytaniis sacramentisque, sed etiam de contionibus simul egisse eum, qui Aristotelis librum in glossas

---

1) ed. lex. Vind. p. 348 n. 3.
2) Reusch l. l. p. 67.

distraxit aut jam distractum cum alienis aliunde promptis rebus permiscuit, etsi dubitanter, opinari non nimis temerarium est. Quot enim manus et mentes post Aristotelis mortem usque ad aetatem Pollucis Harpocrationisque atque porro usque ad tempora Photii, lex. Dem., lex. Seg., Suidae, al. in hac amputandi opera laboraverint, ignoramus.

Sed ne sententiam meam magis proposuisse quam argumentis solidis defendisse videar, gravissimos scriptores plenos affigam, at de singulis glossis, cum longius neque multum e re sit, eos, qui disputatiunculam meam usque ad hunc locum perlegerint, ad locos ipsos modo notatos reiciam.

Aristot. 43. 2.	**Lex. Seg. V. 291. 4 = Et. M. 693. 53**	**Schol. Plat. legg. XII 953 C (Db. II. 489. 12)**	**Phot. s. v. πρυτανεία = Suid. s. e. v.**	**Maxim. Plan. Schol. Hermog. V. 509. 20 Walz.**
βουλὴ δὲ κληροῦται 500, 50 ἀπὸ φυλῆς ἑκάστης, καθ' ὅτι ἂν λάχωσιν,	(πρυτάνεις) μέρος τι τῆς βουλῆς τῶν 500, τὸ δέκατον, 50 ἄνδρες ἀπὸ μιᾶς φυλῆς, οἱ διοικοῦντες ἅπαντα τὰ ὑπὸ τῆς βουλῆς πραττόμενα πρυτάνεις ἐκαλοῦντο καὶ ἐπρυτάνευον κατὰ πρυτανείαν ἐκ διαδοχῆς ἀλλήλαις αἱ φυλαὶ διὰ τούτων τῶν ἀνδρῶν, κλήρῳ λαχόντων. καὶ τοῦτο ἐκαλεῖτο πρυτανεύειν.	πρυτάνεις εἰσὶ μέρος τι τῶν 500, τὸ δέκατον, 50 ἄνδρες, οἱ διοικοῦντες ἅπαντα τὰ ὑπὸ τῆς βουλῆς πραττόμενα καὶ ἐπρυτάνευον κατὰ πρυτανείαν ἐκ διαδοχῆς.		

αἱ μὲν πρῶται τέτταρες 36 ἡμέρας ἑκάστη, αἱ δὲ 6 αἱ ὕστεραι 35 ἡμέρας ἑκάστη.	**Lex. Seg. V. 291. 11 = Et. M. 693. 42** πρυτανεία. καθολικῶς μὲν ἡ πρυτανεία ἀριθμὸς ἡμερῶν 36 ἢ 35, ἃς ἑκάστη φυλὴ πρυτανεύειν λέγεται. ἐκτεταμένως δὲ καὶ θηλυκῶς ἡ πρυτανεία ῥητέον.	πρυτανεία δέ ἐστιν ἀριθμός τις ἡμερῶν ἤτοι 36 ἢ 38 ἢ 35, ἃς ἑκάστη φυλὴ πρυτανεύειν λέγεται. 12 μὲν γὰρ οἱ μῆνες, 10 δέ εἰσι πρυτανεῖαι, καὶ φυλαὶ 10 καὶ διῄρηνται εἰς ταύτας αἱ ἡμέραι τοῦ ἐνιαυτοῦ.	πρυτανεῖαι δὲ ὁ τῶν ἡμερῶν ἀριθμός· 10 ἐγίνοντο κατ' ἐνιαυτόν, ὅτι καὶ 10 αἱ φυλαί.	δέκα δὲ οὐσῶν Ἀθήνησι φυλῶν,
κατὰ σελήνην γὰρ ἄγουσιν τὸν ἐνιαυτόν.		κατὰ γὰρ σελήνην ἄγουσι τοῦτον, ὡς ἑκάστῃ τῶν 10 φυλῇ ἐπιβάλλειν 35 ἡμέρας, πλεονάζειν δὲ ὀλίγας. διὸ καὶ τὰς λοιπὰς ἀπέδωκαν οἱ Ἀθηναῖοι ταῖς πρώταις λαχούσαις 4 φυλαῖς, ἵνα ἐκείνων μὲν ἑκάστη τὰς 36 ἡμέρας πρυτανεύῃ, αἱ δὲ λοιπαὶ 6 ἀνὰ 35.	ἐνιαυτὸν δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τὸν σεληνιακὸν ἦγον· ἐπέβαλεν δὲ ἑκάστῃ φυλῇ τῶν δέκα 35 ἡμέρας καὶ ἐπερίττευον ἐκ τοῦ σεληνιακοῦ ἐνιαυτοῦ ἡμέραι 4, ἃς ἐπεμέριζον ταῖς πρώταις λαχούσαις πρυτανεύειν 4 φυλαῖς. καὶ τῶν μὲν τεττάρων πρῶτον ἑκάστη εἶχε τὴν πρυτανείαν ἀπαρτιζομένην εἰς 36 ἡμέρας, αἱ δὲ λοιπαὶ 6 ἀνὰ 35.	ἐπρυτάνευον αἱ μὲν πρῶται λαχοῦσαι φυλαὶ 4 ἀνὰ 36 ἡμέρας, αἱ δὲ λοιπαὶ 6 ἀνὰ 35.

Lex. Seg. V. 291. 15 = Et. M. 693. 43.		
πρυτανεῖα· ἀργύριόν τί ἐστιν, ὃ κατετίθεσαν οἱ δικαζόμενοι. οὐδετέρως δὲ ῥητέον τὰ πρυτανεῖα [1]).	πρυτανεῖα δὲ οὐδετέρως οὐχ εὕρηται· τινὲς δὲ ἀργύριόν τι, ὃ κατατίθεται ὑπὸ τῶν δικαζομένων καὶ δίδοται δικαστικὸν τοῖς 6000.	πρυτανεῖα οὐδετέρως δὲ σαφῶς μὲν οὐδεὶς εἶπε τί δηλοῖ. τινὲς δὲ ἀργύριόν τι ἔφασαν εἶναι, ὃ κατετίθεσαν οἱ δικαζόμενοι, ἐξ ὧν τὸ δικαστικὸν ἐδίδοτο τοῖς 6000.

I) in glossa δικαστήρια Ἀθήνησιν vel sim.

Nunc non displicet illa in memoriam nostram redigere, quae supra [2]) de glossa Harpocrationea εὐθύνη exposui. Licet enim nonnullis argumenta a me allata tum persuaserint, glossam illam mutilatam in libris nostris manuscriptis legi, unus fortasse scrupulus etiam his resedit. Quonam modo fieri potuit, ut Harpocration voces εὐθύνη et λογισταί **una** glossa complecteretur? Quae dubitatio nunc sane facillime tollitur. Nempe Harpocration aeque ac Pollux praeter Aristotelem ipsum illo auctoris incerti lexico rhetorico usus est et tali modo intellegitur similitudo glossarum multarum cum Photianis et lexici Segueriani V, jamdudum animadversa [3]). Harpocration glossas εὐθύνη et λογισταί in fonte suo jam

1) Reliquos locos, quibus de hac pecunia agitur, vide ap. Böckh, Staatsh.[3] I. p. 416 sq.

2) cap. I. § 6.

3) Naber, ed. Phot. proll. p. 180. Boysen l. l. p. 46. Cohn. l. l. p. 826.

conjunctas invenit easque tales operi suo inseruit. Neque Polluci VIII. 45 alia praesidia praesto fuisse videntur praeter Aristotelis libellum [1]) et hoc lexicon rhetoricum. At hic vero ipse glossarum thesaurus, quia a multis epitomatoribus varie et id persaepe crudelissime divulsus ac decurtatus est, nunc rarissime satis perspicue agnoscitur. Quamobrem grato animo accipere debemus, si nobis contigit, ut unam vel alteram glossam ad ortum persequi possimus. Persuasum enim habeo, permulta in lexicis nostris rhetoricis latere recondita, quae ab eodem fonte originem suam ducant. Sed cum satis certa documenta desint, hoc credere possum, pro certo affirmare non debeo. Vidimus in illo lexico rhetorico similes res simul tractatas fuisse. Sub titulo ἡγεμονία δικαστηρίου conjunxit, quidcumque de singulis singulorum magistratuum causis ab Aristotele mutuatus erat, altero loco enarravit de instrumentis judicialibus (κημός et ἀμφορεῖς), tum de variis vocis πρυτανεία significationibus disseruit.

Eidem fonti igitur summa cum probabilitate tribuemus, si animadverterimus locos lexicographicos multas res similes complexos esse. Quod factum est cum judiciis Atheniensium a Polluce VIII. 117—120, ab auctore lex. Seg. V. 310. 28—311. 22, Hesych. s. v. δικαστήρια descriptis. Cui descriptioni simile Aristot. 57. 3—4 capiti de officiis archontis regis intexuit, uberiora Dem. in Aristocratea 23. 65—79 [2]) exposuit, quibus paragraphis interpretandis auctor lex. Dem. Patm. p. 138—139 operam dedit. Non inutile est inquirere, cuius auctoritas, oratorisne an philosophi, apud posteros propenderit. Jam ordo tribunalium Areopagus, Palladium, Delphinium, Prytaneium, Phreatto, qui idem est apud Pollucem, in lex. Seg. (ἡλιαία et ἐν Ζέᾳ exclusis), apud Hesych. [3]) (senatu quingentorum ejecto, qui huc hanc ob rem irrepsit, quia in

---

1) supra p. 57.

2) Hoc neque Stojentinum l. l. p. 61 neque Kaibelium, Stil und Text p. 239 fugit.

3) Hesychii glossa, quae miserrime contracta est, judicia usque ad prytaneium tantum percensuit, ultimum omnino omisit.

alia glossa discrimen inter βουλὴν τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ et βουλὴν τῶν 500 explicabatur, velut lex. Seg. V. 222. 6, lex. Seg. VI. 444.1 = Suid. s. v. Ἄρειος πάγος) hic, dico, ordo sibi constans apud omnes tres scriptores primum nos docet omnes ad **unum** fontem referendos esse, tum Demosthenis orationem magni fuisse momenti in glossa componenda. Ibi enim nobis eadem series Areopagus, Palladium, Delphinium, Prytaneium, Phreatto occurrit, cum Aristoteles aliam praeferat: Areopagus, Palladium, Delphinium, Phreatto, Prytaneium.

Neque, quod ad singula parricidii genera attinet, latet, plurane ex Aristotele an aliunde hausta sint, quamquam et hic et illi, lexicographi, nimis breves sunt. Leges quidem capitales, quas homines graeci νόμους φονικούς nominabant, eaedem erant cum Aristoteli tum oratoribus, neque Aristoteles hac in parte plus quam leges ipsas dare voluit. Sed in lege ad Areopagum pertinente, quam apud Demosth. 23. 24 [1]) legimus, Pollucem oratori se applicare maluisse inde apparet, quod sicut iste enumerat φόνος, τραῦμα ἐκ προνοίας, πυρκαϊᾶς, φαρμάκων, non ut Aristoteles φόνος, τραῦμα ἐκ προνοίας, φαρμάκων, πυρκαϊᾶς. Idem observamus in criminibus, de quibus ἐπὶ Πρυτανείῳ judicabatur. Etsi charta Londinensis hoc loco discissa est, tamen argumentum satis diligenter restitui et pro certo contendi potest non exstitisse talia verba, qualia apud Dem. 23. 76 legimus: ἐὰν λίθος ἢ ξύλον ἢ σίδηρος ἤ τι τοιοῦτον ἐμπεσὸν πατάξῃ καὶ τὸν μὲν βαλόντ' ἀγνοῇ τις, αὐτὸ δ'εἰδῇ καὶ ἔχῃ τὸ τὸν φόνον εἰργασμένον, τούτοις ἐνταῦθα λαγχάνεται. Quae verba, corrupta quidem et contracta, in lex. Seg. V. repetuntur. Quod autem hic auctor lex. Seg. V. verba legis pleniora et integriora servavit, Pollux ea magis vexavit, eodem modo ac quod de Areopago hic contra fideliorem, ille neglegentiorem se praestitit, nos non deterrere potest, quominus ambos ad eundem fontem referamus. Id ipsum, quod Hesychius, Pollux, lex. Seg. V

1) cf. supra p. 4.

omnia tribunalia simul eodemque ordine tractaverunt, nos docet exemplum antiquius fundamentum omnibus commune fuisse.

Discrimen solum inter locos supra perquisitos et hunc ea re continetur, quod tum auctoritatem Aristotelis certis argumentis evincere potuimus, hoc loco in dubio relinquendum est, ususne sit ille incertus lexici rhetorici auctor libello nostro de Republica Atheniensium necne. Illud veri similius est, quia Harpocration in fabula mythologica de Palladio cum Polluce et lex. Seg. V. congruit et sub separatis titulis ἐπὶ Δελφινίῳ, ἐπὶ Παλλαδίῳ Aristotelem testem affert, etsi vestigiis huius non fortiter ingressus est [1]. At quod saepius animadvertimus, singulas singulorum lexicographorum glossas modo pleniores modo breviores eadem repetere, quae in glossis multa simul complexis legimus, idem nostro loco observatur. Quae lex. Dem. p. 138 ad § 71 de origine judicii ἐπὶ Παλλαδίῳ narrat, verbis plus minusve contractis et commutatis cum ap. schol. Aesch. 2. 87, Harp. s. v. ἐπὶ Παλλαδίῳ (unde Suid. = Et. M. 362. 43 et lex. Seg. V. 257. 23), tum apud eos, qui omnia judicia simul tractaverunt, leguntur. De Delphinio lex. Dem. p. 138 ad § 74 et lex. Seg. V. 255. 19 cum Polluce consentiunt. Harp. s. v. ἐπὶ Δελφινίῳ (unde lex. Vind. p. 59. 1, Suid. s. v., Et. M. 358. 56 [2])) et Hesych. s. v. ἐπὶ Δελφινίῳ hoc tantum curant, quae crimina ad hoc forum delata sint. In Prytaneio de lapide, ligno, ferro, si causae mortis cuiusdam fuerunt, judicatum esse non solum lex. Seg. V nos certiores facit, sed etiam Harp. s. v. ἐπὶ Πρυτανείῳ (unde Suid. s. v. et Et. M. 362. 34). Lex. Dem. p. 138/139 ad § 76 propius ad Pollucem accedit. Denique judicio ἐν Φρεαττοῖ loci idonei ad comparandum desunt, cum Harp. s. v. ἐν Φρεαττοῖ (unde Et. M. 344. 25), Hesych. s. v. ἐν

1) Kaibel, Stil und Text p. 238.

2) Additis interpretationibus mythologicis, quae discrepant ab usitatis fabulis, Polluci, lex. Dem., lex. Seg. V notis. Gaisford ad haec verba Et. M. affert Tzetzae schol. ad Lycophr. 208 et schol. Eurip. Hippol. 977. 979.

Φρεάτ . . . et ἐς Φρεάτου, Phot. s. v. ἐς Φρεάτου, lex. Seg. V. 251. 7 nimis inania tradant.

Sicut haec omnia optime quadrant ad illud, quod in ceteris glossis observavimus, ita eadem indicia, quae me supra [1]) commoverunt, ut singulas de singulis archontibus glossas, quia partes tantum glossae antiquioris esse videbantur, ad fontem pleniorem referam, exiliora quidem, in hac quoque glossarum serie patefiunt. Ita, ut illic glossae singulae de archontibus, rege, eponymo, polemarcho incipiebant a verbis εἷς τῶν ἐννέα ἀρχόντων, prima sunt verba lex. Seg. V. 255. 19 ἐπὶ Δελφινίῳ· δικαστήριον ἓν τῶν φονικῶν, ib. p. 251. 7 ἐν Φρεαττοῖ· δικαστήριόν ἐστι καὶ τοῦτο φονικόν, Harp. s. v. ἐπὶ Πρυτανείῳ· δικαστήριόν ἐστι καὶ τοῦτο φονικόν. Quae non intellegi possunt, nisi Harpocrationem et auctorem lex. Seg. V sua quemque e pleniore glossa, quae omnia judicia comprehendisset, hausisse statuimus. Neque dubito, quin, cum altera observatio alteram tueatur, satis certe demonstratum sit, plenum illud lexicon rhetoricum, quod jam saepius ut commemorarem, mihi contigit, etiam omnia judicia Atheniensia sive sub titulo δικαστήρια sive sub alio connexuisse.

Sed quoniam hoc capite, quatenus auctoritas Aristotelis apud posteros, quod ad alteram libri de Republica Atheniensium partem attinet, pertinuerit, illustrare studemus, non in illis rebus acquiescere possumus, unde communis omnium lexicographorum fons a nobis postulatus appareat. Par aequumque est etiam ea colligere, quae singulis in lexicis dispersa et disjecta latent, qua in re hoc tantum concedi volo, fieri potuisse, ut hae quoque glossae olim partes plenioris lexici essent.

m) in glossis ἐπιστάται et πρόεδροι.

Placet autem a praesidibus prytanum incipere, quia lapides firmissima fundamenta posuerunt ita, ut discrimen inter

1) p. 75.

consuetudinem V et IV saeculorum, quale fuerit, non ignoramus. Constat igitur V saec. ἐπιστάτην semper e tribu πρυτανευούσῃ creatum esse, qui solus omnia ad contiones et convocandas et habendas curaret, IV saec. duos epistatas distinguendos esse, alterum prytanum e tribu, quae prytaniae munere tum fungeretur, alterum proedrorum e novem tribubus, quae hoc ipso tempore vacarent, creatos. At Aristoteles, sicut par erat, suum tempus h. e. consuetudinem IV. saec. respicit. Si lexicographi nostri, id quod Wilamowitz opinari videtur, non penderent ex Aristotele, sed ad eundem fontem antiquiorem recurrerent, vel unus ex his diversa ab Aristotele doceret, praesertim cum apud oratores et comicos huius magistratus saepius mentio fiat. Aristophanes nobis in Thesmophoriazusis vv. 372 sq. contionem feminarum describit totam ad exemplum contionis populi Atheniensium V. saec. fictam. Praescriptum, quod dicitur, idem est atque id, quod sescenties in titulis V. saec. legitur. Scholia Aristophanis vetustissima et optima summo jure existimantur. Tamen ad vocem ἐπεστάτει v. 373 explicandam scholiasta nisi nugas nil afferre potuit, quia de institutis V. saec. minima ei cognita erant. Quicumque autem e reliquis hunc magistratum commemoraverunt, Aristotelem manifesto secuti et plurimi prytanes et proedros ita, ut Aristoteles fecit, simul interpretati sunt: Harp. s. v. ἐπιστάτης, lex. Seg. V. 244. 31., Telephus ap. Eustath. 1827. 51—54. Lex. Dem. p. 13 ἐπιστάτην solum, id. p. 12/13 προέδρους solos explicavit, quos Harp. s. v. πρόεδροι et lex. Seg. V. 290. 8 iterum sejunctos a prytanibus tractaverunt.

Ut ostendamus, quomodo Aristotelis libellus a posteris fons singularis et praecipuus existimatus sit, caput 53 perlustremus: idem caput, ubi duo genera eponymorum commemorata sunt.

n) in glossa τετταράκοντα.

Initio huius capitis de quadragintaviris disserit, quae verba praeter Pollucem VIII. 100 a Phot. s. v. τετταράκοντα

= Et. Flor. ed. Miller, lex. Seg. V. 306. 15 τετταράκοντα τίνες εἰσίν, Harp. s. v. κατὰ δήμους δικαστάς = Suid. s. v. repetuntur. Phot. s. v. τρίακοντα, lex. Seg. V. 300. 21, Hesych. s. v. τριάκοντα hos cum altero magistratu συλλογέων τοῦ δήμου, qui e triginta viris compositi erant, confudit.

o) in glossa διαιτηταί.

Tum Aristoteles ad jurisdictionem in foro diaetetarum deflectit. Ab Harp. s. v. = lex. Vind. p. 43. 1 = Suid. s. v. διαιτηταῖς, Poll. VIII. 126/127, lex. Seg. V. 235. 20, lex. Dem. p. 13, schol. Plat. legg. XI. 920. D (Dübner II. 466. 31), Hesych. s. v. διαιτηταί tota enarratio vario modo adhibita est. Harpocration cum § 2 solam excutiat, et alio loco s. v. εἰςαγγελία = Suid. gl. 3. sibi § 6 promat, Pollux mutato ordine primum de aetate diaetetarum, tum de ratione litis ad judices deferendae narrat. Quod si Wilamowitz [1]) hunc locum exemplum esse dicit grammaticos eisdem fontibus atque Aristotelem usos esse, ei adstipulari nequaquam possum. Alia enim disponendae materiae ratio nondum argumentum judicandum est apud scriptorem, qui diversissima conglutinasse [2]) et verba fontis transposuisse [3]) jam multifariam coargutus est. Idem eum hoc loco fecisse propterea veri simile est, quia ultimum huius paragraphi enuntiatum sine dubio propter Harp. s. v. παράστασις Demetrio Phalerensi ut reddatur [4]), necesse est. Ergo hunc quoque locum supra afferre potui, cum, quid Pollux Aristoteli ipsi debuisset, perscrutarer. Quod si aspernatus sum, famam dubitantis quam festinantis in me recipere malui. Nam quamquam Pollucis verba a ceteris lexicographis satis discrepant, tamen Aristotelis verba jam sic decurtata evadunt, ut potius ab alio quolibet tertio

1) l. l. I p. 257. ann. 150.
2) VIII. 97. 98. cf. supra p. 60—62.
3) cf. supra p. 53.
4) cf. Stojentin l. l. p. 78.

hunc jam contractum et Polluci aliisque traditum esse crediderim.

p) in glossa ἐπώνυμοι.

Glossam ἐχῖνος jam supra[1]) ad Aristotelem 53. 2 rettuli, idem cum lemmate ἐπώνυμοι ap. Harp. s. v., lex. Seg. V. 245. 17, lex. Dem. p. 15/16, Et. M. 369. 16 Wilamowitzii sententia refutata[2]) facere non dubito. Etenim si Wilamowitz[3]) Harpocrationem, quamvis in glossa στρατεία ἐν τοῖς ἐπωνύμοις Aristotelis verba exscribat et Philochorum tantum loco testis afferat, in glossa autem ἐπώνυμοι neque hunc neque illum laudet, tamen Philochoro potius quam Aristotele usum esse credit, optima fide ad judicium aequum provocare possum. Utra opinio veri similior est: ea, quae altera glossa comparata priorem quoque Aristoteli tribuit, an ea, quae adversus illam glossam hanc Philochoro reddendam esse censet, praesertim cum Harpocrationem ad tales res publicas Aristotelis libellum sescenties aut ipsum excerpsisse aut jam excerptum accepisse manifestum sit, atthidographorum vero auctoritas quantum temporibus Harpocrationis valuerit, nondum satis exploratum sit? Spero unumquemque sententiam priorem probabiliorem aestimaturum esse. Itaque totum fere caput Aristoteleum 53 singulis in lexicis rhetoricis repperimus.

Parum interest, eodem modo singula operis Aristotelei capita a 43 usque ad 63 perlustrare et annotare, quid posteri ex Aristotele sumpserint, quid aliunde cognitum habuerint. Summa rerum non mutatur, Aristoteles fons praecipuus et fere unicus habendus est, unde scientiam institutorum et legum Atheniensium posteri perceperint. Hoc quidem verum est librum illum non a pueris in scholis lectitatum neque in usum discipulorum fusis commentariis instructum esse[4]), e

1) p. 82 sq.
2) supra p. 24 sq.
3) l. l. I. p. 226.
4) Wilamowitz l. l. I. p. 294.

contrario noster liber interpretibus oratorum comicorumque atticorum egregie profuit. Cuiuscumque postea intererat cognoscere, quae fuerint officia archontum, apodectarum, undecimvirorum, logistarum, euthynorum, ad quae fora diversa criminum genera delata sint, hunc inprimis librum evolvebat, ad Aristotelem se convertebat et huius scientia lacunam suae scientiae explere studebat. Sic in fundamento Aristotele tota antiquitatum Atheniensium doctrina exstructa est et usque ad extremam Byzantinorum aetatem bonis Aristoteleis homines fruiti sunt. Ad quae bona divulganda magni momenti esse visum est unum lexicon rhetoricum, quod Aristotelis libellum in singulas partes dissecuit et ad usum cotidianum magis accommodavit, etsi etiam posteros homines Byzantinae aetatis libellum ipsum legisse non negandum est [1]).

q) in glossa ἀδικίου.

Ne vilissimis quidem minutiis exceptis ex hoc opere scientiam suam locupletaverunt. Causam ἀδικίου Aristoteles 54. 3 commemorat una cum causis κλοπῆς et δώρων, quae omnes tres ratione reddita in reos constitui solebant. Nam Hagnonis rogatio, qua hic Periclem in jus vocavit (Plut. Per. 32), eodem ordine has causas enumerat εἴτε κλοπῆς καὶ δώρων εἴτ' ἀδικίου. Postrema ex his usque ad Aristotelem repertum e lexicographis solis [2]) nobis cognita erat. Nunc apparet, cui, quaecumque de hac causa scimus, debeamus.

Aristot. 54. 2.	**Harp. s. v. ἀδικίου = lex. Seg. VI. 341. 29 = Suid. s. v.**	**Lex. Seg. V. 199. 32 = Et. M. 17. 47.**
ἂν δ' ἀδικεῖν καταγνῶσιν, ἀδικίου τιμῶσιν, ἀποτίνεται δὲ	οἷον ἀδικήματος. ἔστι δὲ ὄνομα δίκης. ἀποτίνυται δὲ τοῦτο	ὄνομα δίκης κατὰ τῶν ὁπωσοῦν ἀδικούντων. τῆς δὲ δί-

1) Wilamowitz l. l. I. p. 295.
2) Meier-Schömann-Lipsius, Att. Proc. p. 426 ann. 662.

τοῦθ' ἁπλοῦν, ἐὰν πρὸ τῆς 9. πρυτανείας ἐκτείσῃ τις, εἰ δὲ μή, διπλοῦται.	ἁπλοῦν, ἐὰν πρὸ τῆς 9. πρυτανείας ἀποδοθῇ· εἰ δὲ μή, διπλοῦν καταβάλλεται.	κης τὸ τίμημα ἀργύριόν[1]) ἐστιν, ἀποτινύμενον ἁπλοῦν.

Manifestum est hoc quoque loco a lexicographis nobis nihil aliud offerri quam Aristotelis verba detruncata et mutilata. Lex. Seg. V ex Harpocratione non pendere non est, quod dicam. Harpocration ipso Aristotele uti potuit, nostro loco num usus sit, dubitare licet. Quod si fecisset, eum Aristotelem nominatim laudaturum fuisse, ceterorum locorum ratione habita, veri simile est. Num auctori lexici Seg. V, quisquis fuit, omnino copia huius insignis auxilii adhibendi fuerit, valde dubito.

r) in glossa πωληταί.

Id, quod Pollux VIII. 99 de poletis tradidit, supra[2]) ad Aristotelem ipsum rettuli, in primis ceteris lexicographorum locis consideratis, qui verba ejusdem fontis jam a nescio quo contracta et paullisper mutata esse demonstrant, cum Pollux plenum contextum ante oculos habuisse videatur. Nam de magistratibus τοῖς ἐπὶ τὸ θεωρικὸν ᾑρημένοις poletas adjuvantibus et de bonis hominum in Areopago condemnatorum publicandis praeter hunc nemo quidquam commemoravit, tamen neque inter sese neque ab Aristotele ceteri multum dissentiunt.

Aristot. 47. 2	**Harp. s. v. = Suid. gl. 2.**	**Lex. Seg. V. 291. 17.**	**Lex. Dem. p. 14 ad § 49.**
πωληταὶ 10 μέν εἰσι, κληροῦται δ' εἷς ἐκ τῆς φυλῆς.	Πωληταὶ....οἱ μὲν πωληταὶ ἀρχή τίς ἐστιν Ἀθήνησι,	Πωληταί·ἀρχή τις Ἀθήνησίν ἐστιν ἡ τῶν πωλητῶν	Πωληταὶ δέ ἐστιν ἀρχὴ παρ' Ἀθηναίοις 10 ἀνδρῶν,

1) cod. ἀργυρίου.
2) p. 64.

μισθοῦσι δὲ τὰ μισθώματα πάντα καὶ τὰ μέταλλα πωλοῦσι καὶ τὰ τέλη.... κατακυροῦσι... καὶ τὰ πραθέντα μέταλλα κτλ.	10 τὸν ἀριθμὸν ἄνδρες, εἷς ἐκ τῆς φυλῆς ἑκάστης· διοικοῦσι δὲ τὰ πιπρασκόμενα ὑπὸ τῆς πόλεως πάντα, τέλη καὶ μέταλλα καὶ μισθώσεις καὶ τὰ δημευόμενα.	ἀπὸ 10 ἀνδρῶν, οἳ καὶ τὰ πιπρασκόμενα ὑπὸ τῆς πόλεως πάντα τέλη καὶ μέταλλα καὶ μισθώσεις καὶ κτήματα δημευόμενα πωλοῦσι, καὶ φροντίζουσιν, ὅπως ἡ τιμὴ τῶν πιπρασκομένων ἀποδοθῇ τῇ πόλει.	εἷς ἀπὸ ἑκάστης φυλῆς, πάντα τὰ δημόσια τέλη πωλοῦσι· ἐπώλει δὲ καὶ τὰ κτήματα τὰ δημευόμενα.

Harpocrationem communem amborum lexicorum fontem fuisse, confidentes negare possumus, quia haec verbo apto πωλεῖν, ille ampla natione διοικεῖν usus est. Tum lex. Seg. V. postremo enuntiato curam vectigalis exigendi attigit, quam Aristoteles 54. 3—5 fuse exposuit, ab Harpocratione omnino omissam. Quae Pollux Aristoteli aliena hoc loco addidit, plurima ex parte e lexico rhetorico manavisse credo. Verba μετὰ τὸν πρότερον λόγον § 117, cum de judiciis egit, repetivit et ex Dem. 23. 69 nobis nota sunt. Unde doctrinam de praeside poletarum sumpserit, mihi strenue meditanti, ut investigarem, non contigit. Metoecos, qui tributum suum non solvissent, ad hos magistratus in judicium arcessitos esse, et ex Dem. 25. 57 scimus et apud Harpocr. s. v. μετοίκιον paene iisdem verbis narratur.

Harp. s. v. μετοίκιον	**Poll. VIII. 99.**
οἱ μέντοι μὴ τιθέντες τὸ μετοίκιον μέτοικοι ἀπήγοντο πρὸς τοὺς πωλητάς.	ἀπήγοντο δὲ πρὸς τούτους καὶ οἱ μετοίκιον μὴ τιθέντες.

Credo me non falli, si ex hoc consensu communem Harpocrationi Pollucique fontem praesto fuisse credam, unde hunc primum quoque additamentum μετὰ τὸν πρότερον λόγον hausisse veri simile, alterum πρυτανεύει δ' ἐξ αὐτῶν εἷς, ὃς τὰ πω-

λούμενα βεβαιοῖ petivisse non absonum est. Ceterae glossae, quae poletarum mentionem faciunt, aut inanes sunt (lex. Seg. IV. 192. 21, Hesych. s. v. πωληταί) aut Aristotelem fontem aperte repudiaverunt (Phot. s. v. πωληταί = Suid. gl. 1). Cum illarum nihil nostra referat, haec propterea animos in se convertit, quia diligentius, quam ut ficta esse possit, describit, quorum bona aerario cesserint. Simili modo apud logistas in nonnullis lexicis subtiliter distinctum esse, quibus magistratibus ratio reddenda esset, jam supra animadvertimus [1]), neque aliter in glossa κυρία ἐκκλησία ap. lex. Seg. V. 274. 19 = Phot. s. v. κυρία ἐκκλησία exemplorum loco adfiguntur certi quidam magistratus (οἷον στρατηγούς, ἱππάρχους καὶ τοὺς τοιούτους), de quibus in hac contione suffragium datum est. Satis habeo hoc indicasse neque inde temerius conicere volo, fuisse quondam glossam, quae id comprehenderet, quod nunc ap. lex. Seg. V, lex. Dem., Harp. et Photium sejunctum legimus, quaeque itidem Aristotelem auxisset et amplificasset, atque in glossis θεσμοθετῶν ἀνάκρισις, ἡγεμονία δικαστηρίου, ubi hoc factum esse audacius contenderim.


§ 3. Qua via Aristotelea in Harpocrationem, Pollucem, lexica rhetorica, scholia intraverint, paucis comprehenditur.

Hae fere fuerunt glossae, de quibus in altera disputatiunculae meae parte disserere constitui. Quae etiam nunc restant, ex Aristotele pendentes, eas aut nullius momenti esse duxi aut tertio capiti seposui. Restat, ut paucis complectar, quod me hactenus disputando effecisse et quam inter lexicographos singulos et Aristotelem rationem intercedere credo. Non modo **Pollucem**, sed etiam **Harpocrationem ipsum e libello de Republica Atheniensium**, quaecumque sibi usui esse viderentur, ad arbitrium suum excerpsisse persuasum habeo.

---

1) p. 37.

Qua in re Harpocration fonte ad verbum plerumque transcribendo fidelior fuit, Pollux res perverse intellectas et miserrime depravatas furatus est et id, quod ab alio mutuatus erat, quasi suum esset, promulgavit. Uterque vero praeter Aristotelem in primis **lexicon quoddam rhetoricum** in manibus habebat, cuius auctor nescio qui et ipse **Aristotelis opusculum** in usum suum convertit, ita ut e singulis capitibus singulas glossas faceret. Sed hoc fonte nondum contentus adjecit et intexuit, quaecumque ex **oratoribus** praecipue et **comicis atticis** ad lacunas supplendas et ad diligentiorem institutorum rei publicae Atheniensis scientiam usui ei esse visa sunt. Attamen temperare sibi non potuit, quin egregium fontem Aristotelem omnibus ceteris praeponeret et potissimum sequeretur. Hoc autem lexicon rhetoricum per varias ambages, quas enodare praematurum sit, varie in **nostra lexica scholiaque**, quae nobis etiamnunc supersunt, receptum est. Illinc perspicitur similitudo, quae intercedit inter singulos lexicographos et Pollucem et Harpocrationem. Reliquum est, ut in naturam huius lexici deperditi paullo diligentius inquiram et, quomodo compositum sit, si quid enucleare possim, investigare experiar. Ad quam rem disceptandam nunc propius accedere in animo habeo.



Caput III.

Fontem Pollucis, Harpocrationis, lexici Segueriani V, aliorum onomasticon quoddam fuisse demonstratur.

Pervulgata omnium opinio est, lexicon illud rhetoricum, quod jam dudum lexicographorum nostrorum fontem fuisse viri docti suspicati sunt, secundum litterarum ordinem compositum fuisse. Stojentin [1]) hoc ea re se satis certo demonstrasse putat, quod apud Pollucem (VIII. 108—110) glossae δήμαρχοι — ναυκραρία — φυλαί alia aliam exciperent, cum, si quis secundum rerum naturam procedere vellet, ei ordo plane esset invertendus. Boysenio [2]), cum de Harpocrationis fontibus disputaret, ne in mentem quidem venisse videtur, fieri potuisse, ut alio modo fons conscriptus esset. Denique cum Cohn [3]) hunc fontem ‚ein Rednerlexicon‘, Wilamowitz [4]) ‚eine lexicalische Vorlage‘ nominaverint, utrumque idem cogitasse manifestissimum est. Omnes igitur viri docti, qui hanc quaestionem attigerunt, crediderunt fontem eo ordine conceptum esse, qui etiamnunc in lexicis rhetoricis exstaret. Nemo suspicatus est fieri potuisse, ut posteri demum scribae, qui-

---

1) l. l. p. 93.
2) l. l. p. 16. et passim.
3) l. l. p. 827.
4) l. l. I. p. 297.

bus litterarum ordo magis placeret, ordinem fontis delerent et ea, quae in fonte **secundum rerum ordinem** enarrata fuissent, **secundum singulas litteras** distribuerent. Unus, quantum scio, qui huic sententiae communi nuperrime restitit et contrarium protulit judicium, ratiocinationibus nondum in publico propositis aut mihi saltem adhuc ignotis, G. Wentzel est [1]). Cuius sententiam, quae his continetur praeceptis Harpocrationem, Pollucem, auctorem lexicis Segueriani (ex parte) usos esse onomastico, quod dicitur, verissimam esse, mox, credo, patefiet. Quod si aut mea argumenta cum Wentzelianis congruant aut vir doctus alia via ad eundem finem pervenerit, summopere gaudeam et utrumque documentum aestimem, sententiam meam haud veri dissimilem esse.

§ 1. e Polluce.

Quod ad Pollucem attinet, § 123 collato schol. Ar. Equ. 1151 [2]) docet, jam in fonte nonnulla instrumenta judicialia, duo minimum κημός et αμφορεῖς, conjuncta fuisse. Idem fortasse factum erat cum glossis εὐθύνη et λογισταί Poll. VIII. 45, quas apud Harpocrationem in una glossa collocatas fuisse supra [3]) conjeci. Neque has neque illas voces in thesauro glossarum quodam, qui ordinem literarum sequi voluit, alteram ab altera excipi patet, sed qui ordini rerum se applicavit, optime has interpretationes aliam cum alia connectere potuit, ita ut ἀμφορεῖς κημόν, λογισταὶ εὐθύνην consequerentur. Tum Pollux plenam seriem magistratuum in hac operis sui parte conscribenda vel potius corradenda totam omisit, sive consulto sive neglegentia hoc factum esse opinaris, **magistratus, quibus morum et publicae salutis cura delata est**. Neque agoranomi, neque astynomi, neque curatores portuum, neque metronomi, neque curatores annonae a Polluce vel una

1) Sitzungsber. d. Berl. Acad. 1895 p. 482.
2) p. 87.
3) p. 36. 94.

syllaba in libro octavo commemorantur, Aristoteles autem et, qui Aristotelea reddere solent, Harp., lex. Seg. V, Photius eorum non sunt obliti. Quid ἐπιμεληταὶ ἐμπορίου administraverint, ex Aristol. 51. 4 ipso Harp. s. v. ἐπιμελητὴς ἐμπορίου = Suid. s. v. ἐπιμελητὰς ἐμπορίου ad verbum exscripsit. Idem paullisper tantum mutatis verbis ap. lex. Seg. V. 255. 22 = Suid. s. v. ἐπιμεληταί gl. 2 legimus. Et. M. 361. 56 contaminat lex. Seg. V. cum Harp. Apud Photium haec glossa sicut ἀστυνόμοι in magna lacuna post ἀδιάκριτος et ante ἐπώνυμοι hiante intercidit. Jacturam glossae ἀγορανόμοι in eodem lexico dolemus propter similem lacunam codicis Galeani a verbo ἆσαι incipientem et ad vocem ἀγχίνοια pertinentem. E mendis Harpocrationis ἀττικόν et lexici Segueriani V ἀστικόν[1]) utrum prius irrepserit illud ἀττικόν, cui [Dem.] 34. 36/37 ansam dare potuit, an hoc ἀστικόν, unde lex. Seg. V. 208. 25 = lex. VI. 456. 3 et lex. Seg. V. 284. 5 discrimen inter portus civilem et peregrinum ementita sunt, dubius sum. Si orationis pseudodemosthenicae causa verba Aristotelis corrupta esse statuimus, facilius fortasse explicari possit corruptela ἀστικόν, quam si ex ipso Aristotele derivemus.

Aristot. 51. 4.	**Harp. s. v.** ἐπιμελητὴς ἐμπορίου.	**Lex. Seg. V. 255. 22.**
ἐμπορίου δ' ἐπιμελητὰς 10 κληροῦσιν· τούτοις δὲ προςτέτακται τῶν τ' ἐμπορίων ἐπιμελεῖσθαι καὶ τοῦ σίτου τοῦ καταπλέοντος εἰς τὸ σιτικὸν ἐμπόριον τὰ δύο μέρη τοὺς ἐμ-	Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Πυθέου. Ἀριστοτέλης „ἐμπορίου δ' ἐπιμελητὰς 10 κληροῦσιν, τούτοις δὲ προςτέτακται τῶν τε ἐμπορίων ἐπιμελεῖσθαι καὶ τοῦ σίτου τοῦ καταπλέοντος εἰς τὸ	ἐπιμεληταὶ ἐμπορίου· ἄρχοντες ἦσαν κληρωτοί, 10 τὸν ἀριθμόν, ἑκάστου ἔτους καθιστάμενοι, οἷς προςτέτακται τῶν ἐμπορίων ἐπιμελεῖσθαι καὶ τοῦ σίτου τοῦ καταπλέοντος εἰς τὸ

[1]) Wilamowitz l. l. I. p. 220 ann. 68. Kaibel, Stil u. Text p. 221.

πόρους ἀναγκάζειν εἰς τὸ ἄστυ κομίζειν.	'Αττικὸν ἐμπόριον τὰ β' μέρη τοὺς ἐμπόρους ἀναγκάζειν εἰς τὸ ἄστυ κομίζειν".	ἐμπόριον τὸ ἀστικὸν τὰ δύο μέρη τοὺς ἐμπόρους ἀναγκάζειν [εἰς τὸ ἄστυ κομίζειν addit Suid. ἐπιμεληταί gl. 2].

Idem fons ultimus Aristoteles apparet in glossa μετρονόμοι; ubi lexicis Harpocrationeo et Segueriano V Photius addi potest.

Aristot. 51. 2.	Harp. s. v. μετρονόμοι = Suid. s. v.	Lex. Seg. V. 278. 25.	Phot. s. v. μετρονόμοι.
κληροῦνται δὲ καὶ μετρονόμοι, 5 μὲν εἰς ἄστυ, 5 δὲ εἰς Πειραιέα· καὶ οὗτοι τῶν μέτρων καὶ τῶν σταθμῶν ἐπιμελοῦνται πάντων, ὅπως οἱ πωλοῦντες χρήσονται δικαίοις.	ἀρχή τις 'Αθήνησίν ἐστιν ἡ τῶν μετρονόμων, ὡς Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Καλλισθένους. ἦσαν δὲ τὸν ἀριθμὸν 10, 5 μὲν εἰς Πειραιᾶ, 5 δὲ εἰς ἄστυ, εἶχον δὲ τὴν ἐπιμέλειαν, ὅπως δίκαια ᾖ τὰ μέτρα τῶν πωλούντων, ὡς καὶ 'Αριστοτέλης ἐν τῇ 'Αθηναίων πολιτείᾳ δηλοῖ.	μετρονόμοι, ἀρχή τις 'Αθήνησιν κληρωτὴ ἡ τῶν μετρονόμων, 10 τὸν ἀριθμόν, ὧν 5 μὲν ἦσαν ἐν τῷ Πειραιεῖ, 5 δὲ ἐν ἄστει. οὗτοι δὲ τὴν ἐπιμέλειαν εἶχον, ὅπως δίκαια ᾖ τὰ μέτρα τῶν πωλούντων.	ἄρχοντες ἦσαν 10 τὸν ἀριθμόν, ὧν 5 μὲν ἐν ἄστει, 5 δ' ἐν Πειραιεῖ καὶ εἶχον τὴν ἐπιμέλειαν, ὅπως δίκαια ᾖ τὰ μέτρα τῶν πωλούντων.

Neque aliter judicandum est de agoranomis Aristot. 51. 1 collatis glossis Harpocr. s. v. ἀγορανόμοι, lex. V. 199. 24, lex. Seg. VI. 330. 13 (Suid. s. v. ἀγορανομίας = lex. Seg. VI. 330. 17 + ib. 330. 13), de astynomis Aristot. 50. 2, quocum cf. Harp. s. v. et lex. Seg. VI. 455. 25, de curatoribus annonae Aristot. 51. 3 cum Harp. s. v. = Suid. s. v, lex. Seg. V. 300. 19, Phot. s. v. comparatis. De curatoribus

annonae nolim quaerere, id quod difficillimum est, utrum numerus ad triginta quinque viros postea auctus sit an ad triginta [1]), praesertim cum ad rem nostram non pertineat. Neque multum dolebo, si falso nonnullas lexicorum Seguerianorum glossas juxta Harpocrationeas posuerim, quae fortasse ab Harpocratione originem suam ducunt. Habeat se res ita nonnullis locis, usquequaque certe hoc non factum est, quia lex. Seg. interdum plura Harpocratione habet, velut in glossa σιτοφύλακες, ubi addit κατὰ τὰς ὡρισμένας τιμὰς καὶ τὸν σταθμόν, quae verba apud Harpocr. desunt. At Pollux nullum ex his magistratibus commemoratu dignum putavit, etsi magistratus militares, quos Aristoteles paucissimis verbis transegit, quam ob rem posteri de his magis hariolantur quam seria produnt, non seclusit. Mirum profecto sit, cur hos receperit, illos spreverit, si Pollucis fontem lexicon fuisse existimemus secundum litterarum ordinem compositum. Porro vix quisquam credat, Pollucem, qui alias neglegentissimum se praebeat, hic diligentissime e lexico suo omnes magistratus, qui saluti publicae providerent, segregasse. Si contra statuimus, fontem Polluceum non litterarum sed rerum ordinem secutum esse, facillime intellegitur, virum probum in libro διὰ ταχέων (cf. praef. libri VIII) conscripto totum fontis sui caput omnino omisisse.

§ 2. ex Harpocratione.

Idem efficitur, si paullo acrius in Harpocrationem inquiramus. Vidimus [2]) in glossa εὐθύνη, quam contra auctoritatem codicum injuria editores in εὔθυνοι permutaverunt, veri simile esse de hac re una cum logistis auctorem lexici egisse. Quod tum demum satis apte intellegi potest, si ponimus jam in fonte Harpocrationeo res ita dispositas fuisse et lexicographum nostrum hunc ordinem nescio quam ob causam

---

1) Wilamowitz l. l. I. p. 219. ann. 64. Kaibel, Stil u. Text p. 221.
2) supra p. 36. 94.

turbare noluisse. Altero loco nobis similiter licet etiamnunc divinare, quomodo Harpocration λέξεις τῶν 10 ῥητόρων fabricatus sit. Quae enim s. v. ἐπὶ Πρυτανείῳ [1]) legimus δικαστήριόν ἐστι καὶ τοῦτο φονικόν, cum vocem ἔπιπλον sequantur, non pernoscuntur, nisi Harpocrationem ipsum fontem secundum rerum ordinem compositum dissecuisse et neglegentia hanc partitulam delere oblitum esse conicimus. Ad glossam enim ἐπὶ Παλλαδίῳ, quae duobus lemmatis a nostro loco dirempta est, illud καὶ referendum esse minus lubenter concedam. At quod talia indicia apud Harpocrationem paucissima exstant, mihi testimonio est, hunc lexicographum melius ceteris munere suo functum esse et vestigia fontis diligentius sustulisse, cum onomasticon illud in novam formam mutare constituisset.

§ 3. e lexicis Seguerianis V et IV.

Quod lexicon Seguerianum V minus strenue occultando et celando operam dedit, non detrimentum, sed commodum nobis putandum est. Glossas πρυτάνεις, πρυτανεία, πρυτανεῖα [2]) certe non hoc, sed inverso ordine, si quis ordinem litterarum observare studet, aliam alii excipiendas esse per se patet. Auctor lexici Seg. V cur ordinem litterarum turbaverit, casu tantum felici schol. Platon. legg. XII. 953 C (Dübner II. 489. 12) nobis aperuit. Eadem verba, quae nobis diversissimis locis sub titulis singulorum archontum [3]), regis lex. Seg. V. 219. 14, eponymi ib. 199. 9, polemarchi ib. 290. 27 occurrunt εἷς τῶν ἐννέα ἀρχόντων itidem atque additamenta glossae ἐπὶ Δελφινίῳ lex. Seg. V. 255. 19 ἓν τῶν φονικῶν, glossae ἐν Φρεαττοῖ lex. Seg. V. 251. 7. δικαστήριόν ἐστι καὶ τοῦτο φονικόν [4]) conjecturam permit-

---

1) supra p. 98.
2) supra p. 89.
3) supra p. 75.
4) supra p. 98.

tunt, cum judicia omnia tum archontes novem [1]) quondam **una** glossa et **uno** loco comprehensa fuisse. Tum, si lex Seg. V ex opere alius ordinis conflatum esse statuimus, optime intellegitur, cur persaepe **uno** loco duas vel plures res tractaverit. Quas profecto jam in fonte tam arte copulatas legit, ut non dissecare posset, si quidem sententiam salvam relinquere voluit: Huc pertinent illae glossae, quibus discrimen aliquod notetur, velut quomodo ἀμφισβητεῖν differat ab παραβάλλειν 197. 11 cf. etiam 213. 15, 241. 20, 244. 14, 248. 3, 256. 8, 268. 27, 285. 33, 298. 27. Qua in re nonnumquam non omnes res, quas disjungere in animo habet, lemmatis loco affert. Sic 285. 33 explicat causas οὐσίας, καρποῦ, ἐνοικίων, ἐξούλης, at postrema initio huius glossae, ubi quasi argumentum totius glossae comprehendit, desideratur. 298. 27 idem cum vocabulo μέτοικοι factum est [2]). Ad eandem sententiam perducimur, si tres glossas, quas auctor lexici Seg. V sub finem litterae T congessit, perlegimus de ἡγεμονίᾳ δικαστηρίων, de δικαστηρίοις, de ἀμφιορκία. Nonne auctor lexici Segueriani has glossas dissecare et distribuere aut noluisse aut non potuisse videtur? Nonne mirum est neque ἡγεμονίαν δικαστηρίων sub littera H, neque δικαστήρια sub littera Δ, neque ἀμφιορκίαν sub littera A posita esse? Porro hoc animos nostros in se intendit, voces Παλλάδιον, Δελφίνιον, Πρυτανεῖον, Φρεαττώ non solum in lexico Harpocrationeo sed etiam in ipso lexico Segueriano, apud Hesychium, Photium [3]), ubicumque horum judiciorum mentio fit, sub littera E, at non sub litteris Π aut Δ aut Φ collocari. At quoniam lex. Seg. V bis, non solum sub singulis titulis sed etiam in hac glossa universa, easdem res tractavit, duo minimum lexica rhetorica alterum alteri simillimum in nostro codice Segueriano permixta esse probabile est. Pollux §§ 118—120 non solum eundem ordinem ἐπὶ Παλλαδίῳ, ἐπὶ Δελφινίῳ, ἐπὶ Πρυτανείῳ, ἐν Φρεαττοῖ respicit, sed etiam primum de archontibus §§ 85—91, tum de

1) Similia jam Stojentin l. l. p. 96 suspicatus est.

2) Indicia talis ordinis exigua etiam in lex. Seg. IV occurrunt, cf. 185. 4, 186. 7, 16.

3) supra p. 97—98.

judiciis §§ 117—121, denique de jure jurando, quod ἀμφιορκία vocatur, narravit, sicut lex. Seg. V primum ἡγεμονίαν δικαστηρίων, tum δικαστήρια, deinde ἀμφιορκίαν explicavit. Quae cum ita sint, non dubito, quin hoc loco nobis praesto sint rudera miserrima, nescio quomodo dispersa, nescio quatenus integra et incorrupta, talis operis, quale Pollux et Harpocration ad libros suos conscribendos adhibuerunt.

Hoc enim me omnibus persuasisse credo fontem horum duorum lexicographorum eodem modo compositum rerum ordinem servasse, nec quisquam inde non efficiet veri simillimum esse hunc fontem Harpocrationis et Pollucis eundem scriptorem fuisse. Duo enim talia opera eiusdem argumenti et eodem modo composita et eodem tempore, nam Pollux et Harpocration fere aequales fuerunt, in usu fuisse vix quisquam probabile esse credat. Quam ob rem nunc perscrutemur ceteros libros excepto Polluce, qui easdem res, quas hic libro VIII, attigerunt, et eundem onomastici ordinem alteri ordini praeposuerunt. Sunt enim haec: Michaelis Pselli opusculum περὶ τῶν ὀνομάτων τῶν δικῶν [1]) et ea, quae Gregorius Corinthius scholiis suis in Hermogenis librum περὶ μεθόδου δεινότητος [2]) inseruit. Haec, quae secundo loco nominavi, equidem prorsus silentio praeteriissem, nisi Wentzel [3]) nuperrime iterum ex inopinato scholia illa vilissima in quaestiones suas de lexicographis veteribus susceptas traxisset. Itaque invitus cogor, ut paullisper in via mea consistam.

§ 4. Gregorii Corinthii schol. Hermogen. p. 1119—1121 W. ad verbum e Michaele Psello exscripta sunt.

Studium M. Schmidtii [4]) usquequaque fragmenta rhetoris Caecilii investigandi, a Boysenio [5]) non solum instauratum sed

1) ed. Migne, patrolog. gr. T. 122. p. 1007—1022.
2) ed. Walz, rhetor. gr. VII p. 1119—1121, 20.
3) Berl. Sitzungsber. 1895 p. 484.
4) Jhbb. f. Phil. 71. 1855 p. 782.
5) l. l. p. 18 sq.

etiam propagatum est. In primis lex. Seg. IV glossae ei utilissimae ad fragmenta lexici Caeciliani eruenda visae sunt, et cum aliquam similitudinem inter scholia Gregorii Corinthii et glossas Suidae, lexicographorum Seguerianorum V et IV animadvertisset, inconsideratius, quam decebat, etiam inde bona Caeciliana se locupletaturum esse speravit. Iam Stojentin[1]) in subtili libri Boyseniani censura eos, qui has res tractaturi sunt, satis aperte monuit, ne porro talibus in scriptis niterentur. Tamen Wentzel verba Stojentiniana aut neglegentia praeteriit aut neglegere voluit. Si enim scholia Hermogeniana cum opusculo Pselli comparasset, eum numquam affirmaturum fuisse credo, Gregorium Corinthium lexico Segueriano IV, quale hodie exstaret, i. e. glossis lex. Seg. V interpolato usum esse. Mihi quidem Stojentin luce clarius persuasit, Gregorium Corinthium ad voces καὶ ἡ εἰσαγγελία καὶ ἡ φάσις explicandas **libellum Pselli a § 4 usque ad § 21 ad verbum transscripsisse,** omissis tantum primis § 4 verbis, quia interpretationem vocis εἰσαγγελία nihil adjuvarent, tota § 5, quia εἰσαγγελίαν et φάσιν, quae Gregorio Corinthio in primis explanandae essent, εὐθύνη interrumperet, denique initio § 9, quo agitur de tribubus, pagis, phratriis atticis, a Gregorio Corinthio spreto, quia de causis tantum atticis enarrare decrevisset[2]). Eandem ob causam opus transscribendi claudit voce ἐπωβελία; nam apud Mich. Psellum post hanc significationem legimus: τὰ μὲν οὖν τῶν δικῶν ὀνόματα σχεδὸν τοιαῦτα. Eligamus insuper, etsi non opus est, quasvis particulas e prima, media, extrema utriusque libri partibus. Iam in aeternum scholia illa ab antiqua doctrina alienissima e similibus disputationibus evanitura esse spero.

---

1) Jhbb. für Philol. 119. 1879 p. 120.

2) Greg. Cor. ed. Walz. Rh. gr. VII. p. 1119. 9 *ἐπεὶ δὲ ὁ λόγος περὶ τῶν παρὰ Ἀττικοῖς δικῶν, οὐκ ἄκαιρον καὶ ἄλλων τινῶν τοιούτων ὀνομάτων ἐπιμνησθῆναι.*

Mich. Psell. § 4.

ἡ περὶ καινοῦ τινος ἀδικήματος εἰςαγωγή, δημοσίου ὁμοίως καὶ ἰδιωτικοῦ, εἰςαγγελία κατωνομάζετο· εἰςήγγελλον δὲ τὴν δίκην πρὸς τὴν βουλὴν οὐδένες ἄλλοι ἢ οἱ πρυτάνεις.

Greg. Corinth. p. 1119. 1—5.

ἡ περὶ καινοῦ τινος ἀδικήματος εἰςαγωγή, δημοσίου ὁμοίως καὶ ἰδιωτικοῦ, εἰςαγγελία κατωνομάζετο· εἰςήγγελλον δὲ τὴν δίκην πρὸς τὴν βουλὴν οὐδένες ἄλλοι ἢ οἱ πρυτάνεις.

Mich. Psell. § 6.

εἰ δέ τις τὸν ὑπορύττοντα δημόσιον μέταλλον ἢ δημόσιον οἶκον ἐξιδιούμενον, ἢ κακῶς ἐπιτετροπευκότα, εἰςῆγεν εἰς δικαστήριον, ὁ τοιοῦτος φαίνειν ἐλέγετο τὸν ἁλόντα· καὶ ἡ δίκη ἐντεῦθεν ἐπονομαζομένη φάσις παρωνομάζετο.

Greg. Corinth. p. 1119. 5—9.

εἰ δέ τις τὸν ὑπορύττοντα δημόσιον μέταλλον ἢ δημόσιον οἶκον ἐξιδιούμενον ἢ κακῶς ἐπιτετροπευκότα εἰςῆγεν εἰς δικαστήριον, ὁ τοιοῦτος φαίνειν ἐλέγετο τὸν ἁλόντα· καὶ ἡ δίκη ἐντεῦθεν ὀ ν ο μ α ζ ο μ έ ν η φάσις π α ρ ο ν ο μ ά ζ ε τ α ι.

Mich. Psell. § 15.

εἰ δέ τις δοῦλος δοκῶν τοῖς νομιζομένοις δεσπόταις δίκην ἐλάγχανεν, ἀποστασίου δίκη τὸ πρᾶγμα κατωνομάζετο.

Greg. Corinth. p. 1120. 22—24.

εἰ δέ τις δοῦλος δοκῶν τοῖς νομιζομένοις δεσπόταις δίκην ἐλάγχανεν, ἀποστασίου δίκη κατωνομάζετο.

Mich. Psell. § 21.

ἡ δὲ ἐπωβελία ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος τὴν συνθήκην εἴληφεν. Ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ τῶν μὴ ἐπιτιθέντων τῇ γλώττῃ χαλινὸν τοῖς ἐπιεικέσι καὶ ἀπράγμοσι προςεφύοντο, ὡς πλείους τόκους ἐπὶ τοῖς

Greg. Corinth. p. 1121. 12—20.

ἡ δὲ ἐπωβελία ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος τὴν συνθήκην εἴληφεν· ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ τῶν μὴ ἐπιτιθέντων τῇ γλώττῃ χαλινὸν τοῖς ἐπιεικέσι καὶ π ρ ᾴ ο ι ς προςεφύοντο, ὡς πλείους τόκους τ ο ῦ δ έ ο ν-

ναυτικοῖς κεκερδακόσι νομίσμασι, καὶ οἱ μὲν ἀπεδείκνυσαν, οἱ δὲ πλείους μάτην κατ' αὐτῶν ἐκεκράγεσαν, τὸν μὲν ἀποδεικνύντα ἀπροςτίμητον εἴων, τὸν δὲ συκοφαντήσαντα ὀβολοῦ καταβολῇ ἐζημίουν· καὶ ὄνομα τῇ ζημίᾳ ἡ ἐπωβελία.	τος ἐπὶ ναυτικοῖς κεκερδηκόσι νομίσμασι, καὶ οἱ μὲν ἀπεδείκνυον, οἱ δὲ πλείους μάτην κατ' αὐτῶν ἐκεκράγεσαν, τὸν μὲν ἐπιδεικνύοντα ἀπροςτίμητον εἴων, τὸν δὲ συκοφαντήσαντα ὀβολοῦ καταβολὴν ἐζημίουν, καὶ ὄνομα τῇ ζημίᾳ ἐπωβελία.

En habes nonnulla exempla, quomodo vir doctus alterius Byzantini scriptoris librum descripserit, modo unum vocabulum omittens, modo alia addens, modo tempora verbi aut casus substantivi mutans. Iam chartis parcamus, quibus ad alias res multo magis nobis opus erit. Scholia Gregorii Corinthii ne nos porro retardent, satis cautum esse credo.

§ 5. Psellus cum lexicographis comparatur et, quid inde conici possit, profertur.

De fonte huius, Michaele Psello, non tam facile inter nos conveniet. At tamen hunc silentio praeterire eo minus possumus, quia constat etiam ibi (§ 31) fragmentum Aristoteleum (cap. 21. 4), quod Wilamowitz-Kaibel inter testimonia alterius editionis afferre potuerunt, diu latuisse in occulto. Cum Wilamowitz[1]) desperaverit indagare, quomodo Psellus sibi haec comparaverit, jam a primo initio, num mihi hoc contingat, dubitandum est. Sed quia ipse satis certo rectam me viam ingressum esse persuasum habeo, alios homines, judices severos, hoc celare nolo. In primis autem non supervacaneum esse puto admonere, ne in libro viri eruditi Byzantinae aetatis eodem modo vestigia veteris doctrinae ut reddita sint, postulemus, atque in nescio quo auctoris incerti lexico rhetorico. Cum hoc fontem suum ad verbum exscribat aut

1) l. l. I. 293 c. ann. 9.

tantum contrahat, ille contra libero suo judicio semper usus est et sua ratione ad fontes suos accessit, ut saepius difficile sit per ornatum Byzantinum medullas introspicere. At cum non semper Michaeli contigerit, ut satis bene fontem celaret, interdum haec antiqua doctrina per recentem vestitum interlucet. Si enim interpretationes rerum judicialium et publicarum atticarum, quas Psello debemus, comparamus, cum Suidae glossis, huc pertinentibus, facere non possumus, quin confiteamur, similem fontem Psello praesto fuisse. Ad quam rem demonstrandam pauca mihi exempla afferre liceat, quibuscum componam, si quid similis argumenti ad conferendum utile in aliis lexicis rhetoricis inveni.

Mich. Psell. § 16.	**Suid. s. v.** διαγραφὴ δίκης.	**Lex. Seg. IV. 186. 19.**
διαγραφὴ δὲ ἡ ἀπαλλαγὴ τῆς δίκης ἐλέγετο.	ὅταν ἀπαλλαγῇ τοῦ ἐγκλήματος ὁ φεύγων, ἤτοι κατὰ συγχώρησιν τοῦ διώκοντος, ἢ κατὰ διάγνωσιν τυχόντος, καὶ μηκέτι παρὰ μηδενὸς ἐγκαλῆται, διαγραφὴ δίκης λέγεται.	διαγραφήν· τὸ ἀπηλλάχθαι τοῦ ἐγκλήματος τὸν φεύγοντα ἤτοι κατὰ συγχώρησιν τοῦ ἐγκλή...
	Suid. s. v. λῆξιν δίκης.	**Phot. s. v.** λῆξιν δίκης.
ὥςπερ λῆξις δίκης, τὸ καταγγεῖλαι κρίσιν τῶν ἰδιωτικῶν ὑποθέσεων. § 17. καὶ λαχεῖν μὲν δίκην τὸ πρώτως κατειπεῖν. ἀντιλαχεῖν δὲ τὸ ἀντεγκληθῆναι· τὸ δὲ διαλαχεῖν οὐκ ἐπὶ τῶν δικῶν λέγεται, ἀλλ' ἐπὶ χρημάτων διανεμήσεως.	καὶ λαχεῖν δίκην, τὸ καταγγεῖλαι κρίσιν ἰδιωτικῶν πραγμάτων φασί. τὸ δ' ἀντικαλέσαι, ἀντιλαχεῖν. τὸ δὲ διανείμασθαι χρήματα, διαλαχεῖν.	καὶ λαχεῖν δίκην· τὸ καταγγεῖλαι κρίσιν ἰδιωτικῶν πραγμάτων φασίν. τὸ δὲ ἀντικαλέσαι ἀντιλαχεῖν· τὸ δὲ διανείμασθαι χρήματα διαλαχεῖν. (ad vocem διαλαχεῖν cf. etiam lex. Seg. IV. 186. 21.)

Mich. Psell. § 21.

ἡ δὲ ἐπωβελία ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος τὴν συνθήκην εἴληφεν. ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ τῶν μὴ ἐπιτιθέντων τῇ γλώττῃ χαλινὸν τοῖς ἐπιεικέσι καὶ ἀπράγμοσι προςεφύοντο, ὡς πλείους τόκους ἐπὶ τοῖς κεκερδακόσι νομίσμασι, καὶ οἱ μὲν ἀπεδείκνυσαν, οἱ δὲ πλείους μάτην κατ' αὐτῶν ἐκεκράγεσαν, τὸν μὲν ἀποδεικνύντα ἀπροςτίμητον εἴων, τὸν δὲ συκοφαντήσαντα ὀβολοῦ καταβολῇ ἐζημίουν· καὶ ὄνομα τῇ ζημίᾳ ἡ ἐπωβελία.

Suid. s. v. ἐπωβελία gl. I.

πολλῶν εἰς χρήματα συκοφαντούντων τοὺς ἐπιεικεῖς καὶ ἀπράγμονας τῶν πολιτῶν καὶ μάλιστα τοῦτο πράττειν διαβαλλομένων τῶν περὶ τὸ ἐμπόριον συμβαλλόντων ἐπὶ ναυτικοῖς τόκοις, Ἀθηναῖοι ζημίαν ἔταξαν κατὰ τῶν ἐγκαλούντων ὀβολὸν ἐκτίνειν, εἰ μή, καθ' ὧν ἐνεκάλουν, τούτους ἕλοιεν. ταύτην τὴν ζημίαν ἐπωβελίαν ὠνόμασαν.

Interdum Psellus ad verbum cum Suida congruit cf. Psell. § 12 et Suid. s. v. εὐθυδικία et παραγραφή. Postremum enuntiatum Psellianum Παραγράφεσθαι δὲ ἐφεῖται καὶ τοῖς τοιοῦτόν τι ἐγκαλουμένοις περὶ οὗ οὐ νενομοθέτηται isdem verbis legimus apud Suid. s. v. παραγραφή. Paragraphum 9 de civium recensione, rejectione, provocatione sic Michaeles instituit, ut primum de tribubus et pagis atticis diceret et exempli gratia duos nominaret Ἀχαρνεῖς et Ἐλευσινίους. Cur hos, non alios e multis demis sibi elegit? Quia Suidas s. v. διαψήφισις eosdem attulit: οἷοι Ἀχαρνεῖς περὶ Ἀχαρνέων, καὶ περὶ Ἐλευσινίων οἱ Ἐλευσίνιοι. Haec scriptorum similitudo occulta potius quam aperta non solum ad partem priorem, quam Gregor. Corinthius in usum suum vocavit, pertinet, sed etiam ad posteriorem a § 22 incipientem.

Mich. Psell. § 25.

Οἱ δὲ διαιτηταὶ (καὶ πεντηκοντούτης ἐστὶν ἕκαστος, βε-

Suid. s. v. διαιτητάς.

τοὺς ὑπὲρ 50 ἔτη γεγονότας καὶ καθαροὺς πάσης αἰτίας

βιωκὼς ἄριστα καὶ πάσης αἰτίας ἀπηλλαγμένος, νόμων τε εἰδήμων καὶ καθιστὰς τὰς γραφὰς εἰς τὸ μέτρον καὶ τὸ ὅλον εἰρηνοδίκης) τοῖς αὐτοῖς διαιτοῦντες τὰς κατ' ἀλλήλων γραφάς. Τῷ δὲ μὴ αὐτόχθονι οὐκ ἐφεῖτο εἰςιέναι παρὰ τὸν διαιτητὴν οὔτε διώκοντι, οὔτε φεύγοντι.	ὑπειλημμένους, ἀπὸ τοῦ ληξιαρχικοῦ γραμματείου κληρώσαντες, τὰ τῶν πολιτῶν διαιτᾶν ἐποίουν. ξένοις μέντοι γε ἐπὶ τοῦτο ἐλθεῖν οὐ συγκεχώρητο. ἔξεστι δὲ τοῖς μεμφομένοις δίαιταν ἐκκαλεῖσθαι τὸ δημόσιον δικαστήριον.

Peregrinos arbitrium flagitare vetitos esse praeter Suidam et Psellum nemo umquam docuit. Aetatem ad munus diaetetae subeundum necessariam non quinquaginta sed **sexaginta** annorum fuisse quis est, qui ignoret? Hoc Aristoteles 53. 4 dixit et ii, qui aliquo modo in Aristotele nituntur, repetierunt: Poll. VIII. 126, lex. Seg. V. 235. 20, lex. Dem. p. 13. ad § 27, schol. Plat. legg. XI. 920 D (Dübner II p. 466. 31). Diaetetas **quinquagenarios** fuisse Psellus e Suida tantum cognoscere potuit. E glossa pusilla lex. Seg. IV. 186. 1. (ὑπὲρ τὰ πεντήκοντα ἔτη ἦσαν κριταί) totam narrationem Psellianam derivare non audeo.

Mich. Psell. § **41** [1]).	**Suid.** s. v. τετραδισταί.
τετραδιστὰς δὲ Ἀθηναῖοί φασιν οἷς ἔλαχε βίος ἐπίπονος καὶ ταλαίπωρος, σκληρότερον ἀφ' Ἡρακλέους οὕτως αὐτοὺς ὀνομάζοντες. Τετάρτης γὰρ τοῦ μηνὸς οὗτος γεγεννῆσθαι ἱστόρηται.	οἱ ἐπίπονον βίον διάγοντες. ἀπὸ τοῦ Ἡρακλέους, ὃς τετράδι γεννηθεὶς πολλοὺς πόνους ἔτλη.

Exceptis §§ 29. 36. 39. 49. 51. **omnia** etiam in immenso **Suidae** thesauro inveniuntur et s. v. τριττύς, ad quam vo-

1) in lex. Seg. V. 309. 28 haec tantum leguntur: *τετραδισταί. οἱ ἐπίπονον βίον διάγοντες.*

cem Psellus (§ 31) diligentiora, quam quae homo Byzantinae aetatis scire posset, **de trittyis maritimis, mediterraneis, urbanis a Clisthene dispertitis** narrat, Suidas **Aristotelem** testem adnotavit: Τριττύς gl. 1: φυλῆς μέρος τρίτον. αὕτη γὰρ διῄρηται εἰς τρία μέρη, τριττῦς καὶ ἔθνη καὶ φρατρίας, ὡς Ἀριστοτέλης φησί. Aristoteles a Suida inter glossas cum Psellianis communes non laudatur nisi **hoc uno loco.** Nonne haec omnia nos summa cum vi cogunt, **ut Michaelem Psellum simile opus evolvisse ibique ad hunc auctorem delegatum esse statuamus; qua re impulsus nescio unde libellum philosophi sibi anquisivit et ex ipso Aristotele, quae ei opus esse videbantur, mutuatus est?**

Simile Suidae opus magistro Constantinopolitano praesto fuisse dixi, non ipsum Suidam. Quae causae me, ut tam timide argumenter, commoverint, statim proferam. Sunt enim loci nonnulli, ubi Psellus similiora lexico Segueriano V praebeat quam Suidae, de aliis paragraphis res in dubio relinquenda est.

Mich. Psell. § 45.	**Suid. s. v.** ὑποφόνια	**Lex. Seg. V. 313. 3.**
Τὰ δὲ ὑποφόνια, ἵν' οὕτως εἴπω, τιμὴ αἵματός εἰσιν. Ἐδίδοτο γὰρ τοῖς τοῦ ἀπεκτονημένου κληρονόμοις ἢ ἀνταναιρεῖν τὸν ἀπεκτονότα ἢ τίμημα λαμβάνειν τοῦ φόνου. Τὰ οὖν ὑπὲρ τοῦ φόνου διδόμενα παρὰ τοῦ ἀπεκτονότος ὑποφόνια ὀνομάζεται.	καὶ ἐπὶ τῷ φόνῳ διδόμενα χρήματα τοῖς οἰκείοις τοῦ ἀναιρεθέντος, ὑπὸ τοῦ τὴν αἰτίαν ἔχοντος, ὅτι ἀνῄρηκεν, ἵνα μὴ ἐπεξίωσιν ἐπὶ τῷ μὴ ἐπεξέρχεσθαι, μηδὲ γενέσθαι τὴν τοῦ φόνου δίκην, ὑποφόνια καλεῖται. οὕτως Δείναρχος καὶ Θεόφραστος.	ὑποφόνια τὰ διδόμενα τοῖς οἰκείοις τοῦ βιαίως τελευτήσαντος ὑπὸ τοῦ φονέως ἐπὶ τῷ μὴ ἐξέρχεσθαι τὴν τοῦ φόνου δίκην.

Hoc loco nescimus, utri se applicare maluerit, Suidaene an lexico rhetorico Segueriano. Altero autem loco hoc lexicon magis quadrat ad verba Pselliana.

Suid. s. v. πατρῴων	Phot. s. v. πατρῴων, πατρίων καὶ πατρικῶν.	Lex. Seg. V. 397. 30.	Mich. Psell. § 43
πατρῷα · λέγουσιν οἱ ῥήτορες, ὅταν αὐτοῖς ὁ λόγος ᾖ περὶ χρημάτων ἢ τόπων. Ἰσαῖος · ἀποφαίνω γὰρ ὑμῖν, ὡς οὐκ ἔστι τῆς ἐπικλήρου τὸ χωρίον τοῦτο, οὐδ' ἐγένετο πώποτε, ἀλλ' ὡς ἦν πατρῷον Λυσιμένει τῷ πατρὶ Μενεκράτους · ὁ δὲ Λυσιμένης ἔσχε τὰ πατρῷα πάντα.	πατρῷα λέγουσιν οἱ παλαιοί, ὅταν αὐτοῖς ὁ λόγος ᾖ περὶ χρημάτων ἢ τόπων · οὕτως Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Διοκλέα.	πατρῴων καὶ πατρίων καὶ πατρικῶν. πατρῷα λέγουσιν οἱ ῥήτορες χρήματα καὶ κτήματα καὶ τόπους,	inverso ordine ‚πάτρια' inquit ‚δὲ καὶ πατρῷα οὔτ' αὐτὰ οἱ ῥήτορες οἴονται· ἀλλὰ πάτρια μὲν τὰ ἔθη καὶ τὰ νόμιμα καὶ τὰ μυστήρια καὶ τὰς ἑορτὰς ὀνομάζουσι, πατρῷα δὲ τὸν οἶκον καὶ τὰ χωρία καὶ τὰ χρήματα.'
Πάτρια δὲ λέγουσι τὰ ἔθη καὶ τὰ νόμιμα καὶ τὰ μυστήρια καὶ τὰς ἑορτάς. Ἀντιφῶν· Τοῦτο δὲ τοὺς νόμους εἰδὼς πατρίους καὶ παλαιοὺς ὄντας ὑμῖν.	πάτρια δὲ τὰ ἔθη καὶ τὰ νόμιμα καὶ τὰ μυστήρια καὶ τὰς ἑορτάς, ὡς Ἀντιφῶν.	πάτρια δὲ τὰ ἔθη καὶ τὰ νόμιμα καὶ τὰ μυστήρια καὶ τὰς ἑορτάς,	
Πατρικὸν δέ, ὅταν περὶ προσώπου ποιῶνται τὸν λόγον. Καὶ τούτων ἀξιωθείς, διὰ τὸ πατρικὸς αὐτῷ φίλος εἶναι. Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος.	Πατρικῶν δὲ ὅταν περὶ προσώπων ποιῶνται τὸν λόγον, ὡς Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος.	πατρικὸν δὲ φίλον ἢ ἐχθρόν.	

Opinor veri similius esse Psellum **talem glossam adhibuisse, cui jam omnia veterum scriptorum testimonia resecta essent,** quam Photium aut Suidam, e quibus alter locos scriptorum, alter nomina servavit. Tum lex. Seg. V. ea re inter alios excellit et cum Psello congruit, quod solum **tria** vocabula enumeravit, quibus rhetores nomen adjectivum πατρῷα imposuissent: κτήματα, τόποι, χρήματα, quae respondent Psellianis οἴκῳ, χωρίοις, χρήμασι. Deinde, quae § 51 Psellianae respondeant, in Suidae thesauro frustra quaesivi; in lexico Segueriano V glossam miserrime detruncatam, quae comparari possit, inveni: p. 257. 17 εὐοῖ σαβοῖ, μυστικὰ ἐπιφθέγματα. Accedit quod causas προβολήν et καταχειροτονίαν praeter Psellum § 11 solum lex. Seg. V. 268. 27 **uno** loco comprehendit, licet diversa proferant. Denique Psellum a Suida dissentire, cum lex. Seg. V consentire manifesto elucet e glossa ἀμφιορκία. Qua in re omnes lexicographi in duas discedunt partes [1]). Hesych. s. vv. ἀμφωμοσία et ἀμφιορκία, Suid. s. v. ἀμφιορκία docent ἀμφιορκίαν jus jurandum fuisse, quo reus accusatorque adstricti essent. Aliter lex. Seg. V. 311. 23, lex. Seg. IV. 184. 9, Poll. VIII. 122 hanc vocem explicant, quibuscum facit Psellus § 18. Quorum sententia accepta, ἀμφιορκία est jus jurandum non solum a reo et accusatore, sed etiam a judice datum. At quoniam modo vidimus, lex. Seg. IV quoque illarum fuisse partium, quibus Psellus faveret, e re sit in sententiam Wentzelianam supra [2]) refutatam inquirere. Etsi enim Gregorium Corinthium exterminavimus, tamen fons ejus Psellus cum lexico Segueriano IV comparari potest. Atque re vera videmus exstare quandam inter eos rationem. Primum § 29 κληρωταὶ δὲ ἀρχαί, πράκτορες, ἐκλογεῖς καὶ ἀντιγραφεῖς legimus lex. Seg. IV. 190. 26, ubi pro ἀντιγραφή quilibet loco Pselli nondum cognito emendationem ἀντιγραφέων in margine adscripserit. Tum διαψήφισιν, ἀποψήφισιν, ἔφεσιν,

1) Stojentin, Jhbb. f. Phil. 119. 1879 p. 114 ann. 1.
2) p. 115.

in quibus rebus enarrandis modo [1]) vestigia Suidae apud Psellum § 9 enucleavimus, praeter hunc auctor lexici Seg. IV solus **una** glossa complexa est. Etsi non ita, ut Suidas, exempli gratia pagos quosdam attulit, tamen in re explicanda cum Psello congruit. Sed his duobus locis exceptis frustra ea quaeres, quae libellus περὶ δικῶν ὀνομάτων solo cum lex. Seg. IV. communia habeat. Praeterea e 52 paragraphis Pselli fere dimidium a scriptore lexici IV prorsus neglectum est. Quae cum ita sint, hunc fontem illius fuisse non concedam.

Quis enim credat professorem Constantinopolitanum ad hoc πάρεργον conficiendum permultos libros consuluisse et duobus tantum locis conscribendis novum opus evolvisse? Inter immensa huius viri studia [2]), quae theologiam, philosophiam, philologiam, rerum naturam complexa sunt, opusculum nostrum, quod discipulorum precibus [3]) cedens composuit, vilissimum putandum est neque consentaneum est in hoc libello conscribendo multum temporis operaeque consumptum esse. Michaelem Psellum ipsum fere eodem modo de hoc opere judicasse credo, quomodo Photium patriarcham lexicon suum ad litterarum ordinem compositum aestimasse veri simile est. Quamquam nobis, philologis, viri Byzantinae aetatis propter talia potissimum opera plurimi sunt pretii, inter aequales neque Psellus neque Photius his quisquiliis gloriam sibi pepererunt. Itaque negandum est multum laboris in disputatiuncula περὶ δικῶν ὀνομάτων collocatum esse, sed contra statuendum est auctorem pauca tantum volumina, quae ad rem propositam usui esse viderentur quaeque ei in promptu essent, legendo contrivisse. Qui nisi disertis verbis in hoc fonte, id quod cum Aristotele factum esse ostendi, legit ὡς Ἀριστοτέλης vel similia, alios auctores contulisse non puto.

At Wilamowitz [4]) Psellum e lexicis rhetoricis eorumque explicationibus usitatis pendere denegat, quam ob rem diligen-

---

1) p. 119.
2) cf. Krumbacher, byzantin. Litteraturgesch. p. 174 sq.
3) § 1.
4) l. l. I. p. 293.

tius nobis in hanc rem inquirendum est. § 5 de εὐθύνῃ collatis lex. Dem. p. 142. § 110, lex. Seg. V. 245. 6, Phot. s. v. εὐθύνα, Suid. s. v. εὐθύνη ad eandem originem a me jam supra [1]) reducta est, quo nunc alios locos adjungere liceat. Quae sit ἐπαγγελία δοκιμασίας, fere eadem ratione omnes lexicographi definiverunt. Harpocrationem s. v. ἐπαγγελία et, qui hunc secuti sunt, lex. Seg. V. 256. 5 = Et. M. 353. 43, Suid. s. v. ἐπαγγελία, lex. Vind. p. 56. 3, cum omnino vocis ἐπαγγελία rationem habeant, secludamus. Pollux VIII. 34, cum mendo δοκιμασία καὶ ἐπαγγελία pro δοκιμασίας ἐπαγγελία a schol. Aesch. 1. 2 exscriptus, hanc causam enumeravit, non explicavit. Lex. Dem. p. 13 § 23 a schol. Aesch. 1. 32 repetitum brevius est. Sed neque hoc neque ille distant a ceteris locis, qui omnes una cum Psello § 19 ad eandem formam redeunt.

Suid. s. v. δοκιμασίαν ἐπαγγεῖλαι·	**Lex. Seg. IV. 185. 32**	**Lex. Seg. V. 241. 15.**	**Mich. Psell. § 5.**
τὸ δίκην ἑταιρήσεώς τινα καταγγεῖλαι. γίνεται δὲ ἡ τῆς ἑταιρήσεως δοκιμασία οὐ πᾶσιν ἀλλὰ πολιτευομένοις ῥήτορσι καὶ ψηφίσματα γράφουσι.	δοκιμασίαν ἐπαγγεῖλαι· τὸ καταγγεῖλαι δίκην ἑταιρήσεώς τινα.	δοκιμασίαν ἐπαγγεῖλαι· τὸ καταγγεῖλαι δίκην ἑταιρήσεως οἱ ῥήτορες δοκιμασίαν ἐπαγγεῖλαι ἐκάλουν.	τὸ δὲ καταγγεῖλαί τινα δίκην ἑταιρήσεως ἐπαγγελία δοκιμασίας ἐλέγετο.

Etiam hoc loco Psellum ad lex. Seg. V propius quam ad Suidae verba accedere facile mihi concedes.

Contra quem causa φάσεως instituta sit, magis in universum Harpocration s. v. φάσις, unde Suid. s. v. φάσις gl. 2 et Et. M. 795. 19 manaverunt, disputavit. In primis ei, qui injuria praedium publicum possidebant, tum, qui domos pu-

1) p. 34.

pillares male procurabant, tali modo in jus vocabantur. Quibus in lex. Seg. V. 313. 20 mercatores additi sunt, qui alio ac Athenas merces suas deportaverant, et Pollux multos alios nominavit. Lex. Seg. V. 315. 14, Phot. s. v., Suid. s. v. gl. 1 pro sua parte hunc numerum deminuerunt, cum quibus Psellus congruit.

Suid. s. v. φάσις gl. I.	Phot. s. v. φάσις	Lex. Seg. V. 315. 16.	Mich. Psell. § 6.
ἐστὶν ἣν ποιεῖταί τις πρὸς τὸν δοκοῦντα ὑπορύττειν δημόσιον μέταλλον ἢ χωρίον ἢ οἰκίαν ἢ ἄλλο τι τῶν δημοσίων. ἔτι δὲ καὶ οἱ τοὺς ἐπιτρόπους τῶν ὀρφανῶν αἰτιώμενοι παρὰ τοῖς ἄρχουσι ὡς οὐ δεόντως μεμισθωκότας τὸν τῶν ὀρφανῶν οἶκον παραφαίνειν λέγονται.	φάσις ἐστὶν ἣν ποιεῖταί τις πρὸς τὸν δοκοῦντα ὑπορύττειν δημόσιον μέταλλον ἢ χωρίον ἢ οἰκίαν ἢ ἄλλο τι τῶν δημοσίων. ἔτι δὲ καὶ οἱ τοὺς ἐπιτρόπους τῶν ὀρφανῶν αἰτιώμενοι παρὰ τοῖς ἄρχουσιν ὡς οὐ δεόντως μεμισθωκότας τὸν ὀρφανῶν οἶκον προφαίνειν λέγονται.	φάσις. μήνυσις πρὸς τοὺς ἄρχοντας κατὰ τῶν ὑπορυττόντων τι μέταλλον ἢ κατὰ τῶν ἀδικούντων χωρίον ἢ οἰκίαν ἤ τι τῶν δημοσίων, ἢ κατὰ τῶν ἐπιτρόπων τῶν μὴ μεμισθωκότων τὰς οἰκίας τῶν ὀρφανῶν.	εἰ δέ τις τὸν ὑπορύττοντα δημόσιον μέταλλον ἢ δημόσιον οἶκον ἐξιδιούμενον, ἢ κακῶς ἐπιτετροπευκότα εἰςῆγεν εἰς δικαστήριον, ὁ τοιοῦτος φαίνειν ἐλέγετο τὸν ἁλόντα· καὶ ἡ δίκη ἐντεῦθεν ἐπονομαζομένη φάσις παρωνομάζετο.

Hoc quidem verum est, veterem doctrinam in Pselli opusculo non agnosci. Si eaedem res varie ab Harpocratione, Polluce, lexicographis posteris tractantur, Psellum hos, non illos secutum esse videmus. Quod modo e voce φάσις explicata apparuit itidemque aliis locis patet. Qualis fuerit ἐφήγησις, Pollux VIII. 50 minus diligenter explanare studuit et magis in vulgari interpretatione versatus est, quae in lex. Dem. p. 13 § 26 recepta et jam fusius exemplis additis illustrata est. Haec autem uberior enarratio sola posteris pla-

cuit, quam ob rem apud lex. Seg. IV et V, Phot., Suid., nec non Mich. Psellum, quibus haec actio intenta sit, cognoscimus neglecto discrimine, quod inter ἐφήγησιν et ἀπαγωγήν et ἔνδειξιν exstat.

Suid. s. v. ἐφήγησις.	**Phot.** s. v. ἐφήγησις.	**Lex. Seg. V. 312. 31**	**Mich. Psell. § 8.**
ἐστὶ δίκη εἰςαγομένη ἐπὶ τοὺς ὑποδεξαμένους τὸν εἰργόμενον ὑπὸ τῶν νόμων ἐπιβαίνειν τῆς χώρας, οἷον φυγάδα ἢ ἀνδροφόνον. ἢ ὅταν τῶν δημοσίων τι κατέχειν δοκῇ τις κρύφα.	ἐφήγησίς ἐστι δίκη εἰςαγομένη κατὰ [2]) τῶν ὑποδεξαμένων τὸν εἰργόμενον ὑπὸ τῶν νόμων ἐπιβαίνειν τῆς χώρας, οἷον φυγάδα ἢ ἀνδροφόνον. ἢ ὅταν τῶν δημοσίων τι κατέχειν δοκῇ τις κρύφα.	ἐφήγησις [1]) δίκη ἐστὶν εἰςαγομένη κατὰ τῶν ὑποδεξαμένων τὸν εἰργόμενον ὑπὸ τῶν νόμων ἐπιβαίνειν τῆς χώρας, οἷον φυγάδα ἢ ἀνδροφόνον. ἢ ὅταν τῶν δημοσίων τι κατέχειν δοκῇ τις κρύφα.	ἡ δὲ ἐφήγησις ἐδίδοτο κατὰ τῶν ὑποδεξαμένων τὸν φυγάδα τῆς πόλεως ἢ τῶν κεκλοφότων λαθραίως πρᾶγμα δημόσιον.

Sufficere credo haec exempla a me collecta, unde quivis Psellum non veterem quidem, at usitatam tamen omnium lexicographorum doctrinam secutum esse perspiciat. Sed hanc ipsam doctrinam, quamvis sit depravata et derivata, tamen contemnere non possumus, quia in fontibus probatis nititur et frustula plenioris copiae pretiosa et aliunde ignota nobiscum communicat. Idcirco Psellus quoque, licet res ipsae ab hoc narratae nullius sint momenti et melius apud unumquemque lexicographum legantur, dignus est, quem respiciamus, quia solus praeter Pollucem secundum rerum ordinem librum composuit. Quod sane nihil valeret, si ipse res tali ratione disposuisset, et omnia e lexico quodam secundum litterarum ordinem edito hausisset. Sed primum per se veri est dissi-

---

1) cod. ὀφήγησις.
2) cod. ἀπό.

mile, hominem Byzantinae aetatis e lexico quodam ad arbitrium suum haec actionum nomina elegisse. Tum fac ipsum delectum habuisse, mirum sit, cur ἐπωβελίαν § 21, quam ipse non δίκης, sed ζημίας ὄνομα fuisse dicit, actionibus adnumeraverit[1]. Si ipse libero judicio thesaurum glossarum secundum litterarum ordinem compositum adhibuisset, quaslibet alias pro hac causas addidisset. Denique non tam Suidam quam usitatam modo in Suidam modo in lexica Segueriana receptam doctrinam eum secutum esse vidimus. Quam ob rem quaeri licet, an hunc ordinem in fonte suo invenerit. Usque ad § 21 nobis, ut ipse profitetur, quae fuerint actionum nomina apud Atticos, exposuit, cui in parte posteriore alia nonnulla affixit, quae memoratu digna ei videbantur, nullo certo ordine intento. At tamen hic permultos magistratus percenseri manifestum est: ἕνδεκα, διαιτηταί, γραμματεύς, ὑπογραμματεύς, ἀντιγραφεύς, ἐκλογεῖς, πράκτορες, κωλακρέται, Ἑλληνοταμίαι.

Nunc recordemur[2]) Pollucem librum VIII sic concepisse, ut primum δικαστικὰ ὀνόματα tum πολιτικὰ ὀνόματα explicaret. In illa parte §§ 31—64 purae verborum idem significantium enumerationi satis amplas de vi et auctoritate singularum actionum interpretationes inseruit, quarum similitudo cum nostris lexicis rhetoricis et scholiis jamdudum cognita est[3]). Sin autem hanc operis Pollucei partem cum priore libelli Pselliani parte comparamus, efficitur paene omnia, in quae Psellus ibi inquisiverit, in onomastico reperiri. Etiam ἐπωβελίαν Pollux una cum ceteris multarum significationibus πρυτανεῖα, παρακαταβολή, παράστασις in hac parte percensuit. Interdum ordo idem permansit: Pollux § 45 sq. εὔθυνα, προβολή, φάσις, ἔνδειξις, ἀπαγωγή, ἐφήγησις = Psellus § 5 sq. εὐθύνη, φάσις, ἔνδειξις, ἐφήγησις. Hic § 18 con-

1) Voces διωμοσία, ἀντωμοσία, ἀμφιορκία, ἐξωμοσία inter nomina actionum explicatas esse aliquo modo excusari potest.

2) cf. supra p. 66.

3) Cohn l. l. p. 829.

junxit διωμοσίαν, ἀντωμοσίαν, ἀμφιορκίαν, ἐξωμοσίαν, ille §§ 55, 56 προωμοσίαν, ἀντωμοσίαν, διωμοσίαν, ἐξωμοσίαν, ἀπωμοσίαν. Aliter res se habet in posteriore parte, ubi Pollux, quales fuerint magistratus Athenis, exponere studuit et prospero eventu Aristotelem adiit. Psellus neque hoc neque illud molitus est et, si contra ipsius voluntatem permultos magistratus attulit, hoc fonti ejus non ipsi auctori honori tribuendum est. Ipse enim hac in parte id tantum agitavit, ut voces nonnullas, quas discipulis suis minus notas fore speraret, explanaret. Qua re factum est, ut, quae Pollux jam priore in parte tractavisset, Psellus, fortasse quia his rebus nihil cum actionibus commune esse sentiret, in alteram partem relegaret, cf. § 32 λουτροφόρος = Poll. VIII. 66; § 83 δόρυ ἐξενεγκεῖν = Poll. VIII. 65; § 46 ἀνδρολήψιον = Poll. VIII. 50. At quamquam in rebus disponendis nonnihil consentiunt, quod ad argumentum attinet, alter ab altero satis abhorret. Quid nunc? Nonne turbam movisse videor, quam ipse sedare non possim? Psellum in ordine rerum cum Polluce facere, in argumento ab eodem discrepare dixi; tum Suidae, tum lex. Seg. V, tum lex. Seg. IV eum adstipulatum esse contendi. Quomodo has sponte relatas maximeque inter sese concertantes sententias me dirempturum esse spero? Cardo totius rei, quem strenue me praestare posse credo, illud est: Psellum cum alibi (cf. εὐθύνη, ἕνδεκα, διαιτηταί, ἐπώνυμοι) Aristotelem spreverit, in voce τριττύς a fonte suo ad libellum Ἀθηναίων πολιτεία relatum esse. Quod re vera comparatis glossis Pselli et Suidae ab hoc **solo nostro loco** factum esse vidimus. Atqui ipsum Suidam fontem fuisse veri dissimile nobis videbatur esse. Ergo fuit quidam ex eis auctoribus, quorum opera in immensis Suidae scriniis congesta latere scimus. Quorum numerum satis amplum fuisse, ex quo tempore Bernhardy [1]) commentationes suas de subsidiis lexici edidit, non ignoratur.

---

1) praef. ed. Suid. p. XLI sq.

§ 6. Vestinum Pselli, Pamphilum Pollucis et Harpocrationis fontem fuisse conicitur.

Labor perquirendi expeditior esset, si tabula Suidae praefixa fideli argumento uti nobis liceret. At fides huius indiculi ab aliis [1]) acerrime impugnata, ab aliis [2]) strenue defensa est, ita ut res nondum dijudicata existimanda sit. Quod subsidium quamquam dubium est, tamen spes fontis indagandi nos non fallet, dummodo duas conditiones antea constituamus. Fons iste, quem quaesituri sumus, rerum ordinem ut sequatur et cum fonte Polluceo consuetudinem aliquam habeat, necesse est. Quibus rebus perpensis ad unum deducimur, a quo conditiones postulatas revera persolutas esse videmus **Vestinum, epitomatorem Pamphili.** Sententiam Naberii [3]), a Weberio [4]) retractatam Diogenianum non ipsum Pamphilum sed Vestinum ad lexicon suum condendum adhibuisse non opus est refellere post sagacissimas Reitzensteinii [5]) de pristina lexici Hesychiani forma disquisitiones. Certo nunc scimus, Diogenianum ab Hesychio amplificatum, Pamphilum a Diogeniano contractum et in aliam formam conversum esse. Quomodo autem Pamphilus opus suum disposuerit, litterarum an rerum ordine, diu ancipiti Marte pugnatum est. Hodie multi viri docti et ei [6]), quorum auctoritas plurimum valet, posteriori sententiae, quam Weber [7]) inauguravit, adnuunt.

---

1) Valckenaer in Theocr. Adionaz. p. 295—299. Bernhardy l. l. p. XLI. Naber proll. Phot. p. 19. 165.

2) Ritschl, de Oro et Orione p. 78 = Opusc. philol. I. p. 668. M. Schmidt Jhbb. f. Phil. 71. 1855 p. 481. H. Weber, Untersuchungen über die Quellen des Hesych. Philol. Suppl. Bd. III. 1877. p. 590.

3) l. l. p. 19.

4) l. l. p. 408.

5) Die Ueberarbeitung des Lexicons des Hesychios in: Rhein. Mus. 43. 1888. p. 443—460.

6) Karl Bapp. Beiträge zur Quellenkritik des Athenaios in: Comment. Ribbeck. p. 251—265. Reitzenstein l. l. p. 455.

7) l. l. 478 sq.

Quod jure fecisse mihi quidem videntur. Quomodo enim 24 litterae in 95 libros distribui et opus a Zopyrione incohatum a Pamphilo continuari potuerit, si litterarum ordinem hunc librum secutum esse statuitur, vix explicabis[1]. Tum Diogenianus, quem Pamphili libris contrahendis operam dedisse Suidas s. v. Διογενειανός tradit, ipse in epistula Hesychii ad Eulogium sibi hoc laudi ducit ὁμοῦ πάσας (sc. λέξεις) καθ' ἕκαστον στοιχεῖον συντεθεικέναι. Ergo id ipsum in libris antea editis desideravit. Indidem sequitur, cum Vestinum, collata inscriptione[2]) ad viam Ostiensem reperta cum curriculo vitae Diogeniani apud Suidam[3]), paullo hoc **majorem natu** fuisse ideoque suum librum **ante Diogenianum** conscripsisse veri simile sit, epitomen, quam quattuor libris confecit, ordinem fontis Pamphili integrum servasse. Quod, etiamsi hoc indicio egeremus, statuendum erat, quia neque in indiculo neque in lexico Suidae fons ab hoc immutatus esse dicitur. Quattuor autem, non triginta libris opusculum Vestini continebatur; sententia enim Naberiana de fonte Diogeniani refutata, jam nihil est, cur litteram δ' apud Suidam s. v. Οὐηστῖνος et in tabula operi praefixa e λ' corruptam esse sumamus.

Sed restat etiamnunc difficultas, quae nobis tollenda est. Quantopere Diogenianus fontem in artius collegerit, optime cognoscitur Hesychio s. v. δικαστήρια cum glossis ceterorum lexicographorum comparato[4]), qui multo pleniores sunt. Si Diogeniano jam quinque libris Pamphilus sic decurtandus erat, Vestinum hoc quattuor libris eo magis fecisse veri si-

1) Jul. Schönemann. De lexicographis, qui rerum ordinem secuti sunt, quaestiones praecursoriae. Hannover. 1886. p. 115 hanc difficultatem ita tollit, ut statuat, Zopyrionem libros I—IV (α'—δ'), Pamphilum libros V (ε') sq. conscripsisse; numerum ω' autem et in contextu et in indiculo Suidae mendum esse. Qua ratione vir doctus res non explicasse, sed discidisse videtur.

2) Naber proll. p. 19 *καὶ ἐπὶ τῆς παιδείας Ἀδριανοῦ, ἐπιστολεῖ τοῦ αὐτοῦ ἀυτοκράτορος.*

3) s. v. *Διογενειανός, γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ βασιλέως.*

4) supra p. 95.

millimum est, si quidem totum Pamphili pratum excerpsit. Atqui id ipsum mihi valde dubium esse videtur, praesertim quia, si jam Vestinus ex opere Pamphileo pleno summarium quam brevissimum quattuor libris confecisset, Diogeniano usui **pauperum** academiae civium [1]) indulgere non opus erat. Nam **quattuor libros minoris quam quinque constitisse** patet.

Quo alia quoque ratiocinatio accedit. In tabula quidem Suidae tantum legimus Οὐηστῖνος Ἰούλιος, σοφιστής, ἐπιτομὴν τῶν Παμφίλου γλωσσῶν, in contextu autem sub voce Οὐηστῖνος additur: Ἐκλογὴν ὀνομάτων ἐκ τῶν Δημοσθένους βιβλίων, ἐκλογὴν ἐκ τῶν Θουκυδίδου, Ἰσαίου, Ἰσοκράτους καὶ Θρασυμάχου τοῦ ῥήτορος καὶ τῶν ἄλλων ῥητόρων. Sicut Diogeniani Περιεργοπένητες et λέξις παντοδαπή idem opus fuisse creditur [2]), sicut Pamphili lexicon Suidas initio λειμῶνα nominavit, tum verbis περὶ γλωσσῶν ἤτοι λέξεων item atque Athenaeus IX. 388 D. XIV 650 E melius verbis περὶ γλωσσῶν καὶ ὀνομάτων [3]) argumentum descripsit, eodem modo nostro loco, qualem sibi provinciam Vestinus e Prato Pamphileo depascendam elegisset, Suidam vel potius Hesychium Milesium significasse credo verbis ἐκλογὴν ὀνομάτων sq.

Cui conjecturae haud scio an observatio aliunde petita faveat. Nam si Vestinus **unam** tantum **operis Pamphilei partem** exscripsit, certam quandam rationem eum secutum esse et talem partem sibi vindicasse, **quae inter sese totum aliquid efficeret**, per se veri simile est. Constat, Pamphilum 95 libros conscripsisse, per quos quomodo litterae 24 α—ω distributae sint, adhuc ignoramus. Si ponimus, **quaternos libros sub ampliore quodam titulo conjunctos fuisse, quater et viciens quaterni sunt nonaginta sex** h. e. fere summa totius operis. Sic numeri librorum et Pamphili et Vestini bene explicantur. In eiusmodi autem opusculo, quale modo a Vestino

1) cf. epistulam Hesychii ad Eulogium a. M. Schmidtio editioni praefixam.

2) Reitzenstein l. l. p. 456. ann. 1. Schönemann l. l. p. 82—83.

3) cf. M. Schmidt, quaest. Hesych. p. LX. Reitzenstein l. l. p. 455.

compositum fuisse conjeci, rebus a Psello enarratis praecipue operam datam esse apparet et glossis Harpocrationeis respondentibus, quae ubique fere oratores, semel (s. v. Ἑλληνοταμίαι) Thucydidem testem afferunt, comprobatur.

Fonte nimis contrahendo facile fieri potuit, ut nomen Aristotelis, qui a Pamphilo saepissime certe laudatus est, excepto uno loco semper intercideret. Quae conjectura si vera sit, fortasse ad explicandum usui erit, cur Suidas toties in primis in nominibus causarum atticarum non una interpretatione contentus fuerit, sed plerumque duas tresve conjunxerit. Conscius profecto mihi sum, quae mox protuli, me non tam argumentatum quam arbitratum esse neque opinionem meam pro certo documento vendere volo. Quae verane fuerit an falsa tum demum dijudicabitur, cum, latiore fundamento posito, unde posteri scientiam de rebus judicialibus et publicis atticis post Aristotelem adepti sint, cognoverimus. Quam quaestionem nunc non tangam.

,At quid ad nos Pamphilus?' inquies ,quid Vestinus? Cum Polluce, Psello, Suida, lexicis Seguerianis nobis res est et cum ratione, quae inter hos intercedit.' Recte tu quidem; sed si Psellus ordinem rerum in auctore, quem secutus est, jam invenit, Pollucem quoque distributionem in duas partes non ipsum excogitasse veri similius fit.

Nunc sententiam Stojentini vel potius V. Rose supra [1]) ex parte repulsam retractemus. Etsi Stojentino Pollucem epitomen Pamphili a Vestino confectam adhibuisse concedere non possum, tamen Roseo [2]), censenti Pamphilum ipsum fontem Onomastici nostri fuisse, cur resistam, nihil habeo. Fragmentum Pamphili ab Athenaeo XI. 496[a] [3]) servatum collato

---

1) p. 67.

2) Aristoteles pseudepigraphus. Lips. 1863. p. 426.

3) Argumentum a F. Rudolphio, die Quellen und die Schriftstellerei des Athenaeus in Philolog. Suppl. Bd. VI. p. 136 inde petitum, quod Athenaeus Pamphilum numquam primo aut extremo loco testem attulerit, mihi quidem persuasit, hunc non principalem Naucratitae fontem fuisse.

Polluce X. 73 docet, aliquam inter utriusque opus intercessisse rationem.

Athenaeus XI. 496 a.	Pollux X. 73.
Πλημοχόη. σκεῦος κεραμεοῦν βεμβικῶδες ἑδραῖον ἡσυχῇ, ὃ κοτυλίσκον ἔνιοι προςαγορεύουσιν, ὥς φησι Πάμφιλος. Χρῶνται δὴ αὐτῷ ἐν Ἐλευσῖνι τῇ τελευταίᾳ τῶν μυστηρίων ἡμέρᾳ, ἣν καὶ ἀπ' αὐτοῦ προςαγορεύουσι πλημοχόας. ἐν ᾗ δύο πλημοχόας πληρώσαντες, τὴν μὲν πρὸς ἀνατολάς, τὴν δὲ πρὸς δύσιν ἀνιστάμενοι, ἀνατρέπουσιν ἐπιλέγοντες ῥῆσιν μυστικήν.	τάχα δὲ καὶ πλημοχόην· ἔστι δὲ κεραμεοῦν ἀγγεῖον, οὐκ ἔχον ὀξὺν τὸν πυθμένα ἀλλ' ἑδραῖόν τε καὶ στάσιμον, ᾧ χρῶνται τῇ τελευταίᾳ τῶν μυστηρίων, ἣν ἀπ' αὐτοῦ καλοῦσιν πλημοχόην.

Accedunt indicia ex aliis libris II. III. IX Onomastici post Roseum a Cohnio [1]) potissimum collecta. Qui dummodo Vestinum deserat, profiteatur Pamphilum, me adversarium non habebit. Vestinum, si quattuor libris immensam Pamphili materiem re vera complexus esset, Polluci umquam aptum, quem sequeretur, futurum fuisse nego. Sin vero non ἐπιτομήν, sed ἐκλογήν operis Pamphilei, ut ita dicam, edidit, veri dissimile restat, quomodo Pollux hanc optimo eventu diversissimis libris et in diversissimis rebus, de aetatum appellationibus (II. 8—13. 17. 18), de cognatorum et πολιτικῶν nominibus (III. 16 — 83), de ludis (IX. 94 — 113) consulere potuerit.

Itaque per omnes decem libros vestigia Pamphili dispersa jacent, quod suspicionem movet λειμῶνα Aristarchi ad formam Onomastici exprimendam insigne fuisse exemplar,

1) De Aristophane Byzantio et Suetonio Tranquillo Eustathii auctoribus in Jhbb. f. Phil. Suppl. Bd. XII. 1881 p. 300. 320. 321. 325. 337.

atque opinionem meam, Pollucem distributionem argumenti libri VIII Pamphilo debere haud scio an aliquanto probabiliorem reddat. Quod autem Pollux Psellusque, hoc est, si tibi persuaserim, Pamphilus Vestinusque depravati, minimum inter sese similitudinis ostendunt, mihi documento est ab hominibus cum Romanae tum Byzantinae aetatis fontem a quoque suum sine ulla religione quam maxime vexatum esse. At tamen unum saltem locum, parvulum illum quidem, tibi offerre possum, ubi antiqua Aristophanis Alexandrini doctrina per tot saecula usque ad Michaelem Psellum integra conservata est, de significationibus vocum τήθη, τηθίς, ἐπιτηθίς.

Eustath. [1]	Exc. Arist. ed. Miller p. 431.	Pollux.	Lex. Seg.	Suidas.	Mich. Psell. § 42.
					τήθη καὶ τηθὶς [2]) καὶ ἐπιτήθη· τρία ταῦτα ὀνόματα κατ' ἰσαρίθμων προσώπων λεγόμενα· πλὴν ἡ τήθη τοσοῦτον ἀμφοῖν διήλλακται ὅτι καὶ τὴν μητέρα καὶ τὴν
p. 316. 10 [3])		III. 17.	IV. 193. 33 =V.309.29.	s. v. τήθη = Phot.	
τήθη ἡ τοῦ πατρὸς μή-	τήθη καὶ μάμμη καὶ	ἡ δὲ πατρὸς ἢ μητρὸς	τήθη· πατρὸς ἢ μη-	μάμμη ἡ	

1) Eustathium ipsas λέξεις Aristophaneas ad manus habuisse excerptis a Millero, Mél. de la litt. grecque p. 427—434 e libro Athoo editis constat, cf. Cohn, Jhbb. f. Philol. XII. p. 287.

2) Migne: τιτθίς.

3) cf. p. 565. 30, 971. 26, 35.

τηρ καὶ ἡ τῆς μητρὸς μήτηρ.	μαῖα, ἡ τοῦ πατρὸς μήτηρ.	μήτηρ τήθη.	τρὸς μήτηρ, ἣν μάμμην καλοῦσιν.	πατρὸς ἢ μητρὸς μήτηρ.	τῆς μητρὸς μητέρα δηλοῖ· τηθὶς [2]) δὲ ἡ ἀδελφή ἐστι τοῦ πατρὸς ἢ τῆς μητρός. ἐπιτήθη δέ ἐστιν ἡ τῆς τήθης μήτηρ.
p.316.20 [1]).		III. 22.	IV. 194. 1 = V. 309. 30.	s. v. τηθίς = Phot.	
τηθίς.. πατρὸς ἀδελφὴ ἢ μητρός.	τηθὶς ἡ μητρὸς ἢ πατρὸς ἀδελφή.	ἡ δὲ μητρὸς ἀδελφὴ τηθίς.	τηθίς· πατρὸς ἢ μητρὸς ἀδελφή, ἣν λέγουσι θείαν.	θεία, πατρὸς ἢ μητρὸς ἀδελφή.	
p. 971. 26.		III. 18.	V. 254. 10.	s. v. ἐπιτήθη.	
ἐπιτήθη δὲ ἡ ὑπὲρ αὐτὴν (sc. τὴν τήθην) καθ' ὁμοιότητα τοῦ πάππου.		ἡ δὲ πάππου ἢ τήθης μήτηρ προτήθη καὶ οἱ τούτων γονεῖς ἐπίπαππος καὶ ἐπιτήθη.	ἐπιτήθη ἡ μήτηρ τῆς μάμμης.	ἡ τῆς τήθης μήτηρ.	

Psellus in prima voce explicanda pro verbo minus usitato μάμμη tritum illud μήτηρ usurpavit; nam μάμμη secundum Aristophanem aviam, secundum Atticistas matrem significat [3]); et hanc ob rem significationem aviae paternae prorsus omisit. Hesychium-Diogenianum s. v. τήθη (glossa ἐπιτήθη deest) cum his omnibus congruere non mirum est, cum et is Pamphilum exscribat. Quod ad postremam vocem attinet, Pollux aliena permiscet et ineptias profert [4]).

Sin vero me, unde ac quibus auxiliis Pamphilus pratum suum irrigaverit, interrogabis, nihil moratus ,e Didymo' respondebo et hunc jam Aristotelis de Republica Atheniensium libellum degustavisse affirmabo. Quod eum tam strenue fecisse

---

1) cf. p. 565. 30.
2) Migne: τιτθίς.
3) cf. Cohn l. l. p. 317.
4) cf. Cohn l. l. p. 321.

persuasum habeo, ut iis, qui sequerentur, tenue spicilegium reliquisset.

Harpocration utrum ex ipso Didymo an e Pamphilo derivandus sit, nondum exploratum est. Boysen [1]) in certa aliqua sententia consistere non potuit itaque dissertationem promisso claudit, se alio tempore ad haec studia rediturum esse, quod, quantum equidem scio, nondum praestitit. Cohn [2]) a Didymo pendere Harpocrationem dicit, ,ni fallitur'. Wilamowitzium [3]), cui praeter alia multa hoc quoque magnae duco laudi, quod raro medio in itinere subsistit, sed unamquamque rem incohatam usque ad extremam lineam, nonnumquam fortasse μεῖζον ἢ καθ' ἄνθρωπον, persequitur, de hac re, quid sentiret, aperuisse nescio. Neque ego brevi manu hanc quaestionem contortam dijudicare audeo. At consideranti mihi observationem Rosei [4]), consuetudinem esse apud veteres inde a primo p. Chr. s. late patentem, ut, quo scriptore quasi fundamento omnis opera superstructa sit, hunc vix vel raro commemorent, verissimam esse, Didymum autem ab Harpocratione plus quam tricies testem allatum esse, nihil est, cur hunc e grege aequalium eximam. Fortasse ea quoque, quae supra de fonte Harpocrationis rerum ordinem secuto exposui, dummodo ne corruant, efficient, ut animi nostri ad Pamphilum se inclinent, a Didymo se avertant. Quae utcumque se habent, id mihi certum esse videtur, opus Pamphileum multo rarius diserte laudatum quam explicatum esse [5]).

Sed cum jam ad finem quaestionum, quas mihi si non disceptandas, at saltem instituendas proposui, pervenerim, restat, ut quasi summam totius laboris subducam.

Aristoteles in altera libelli de Republica Atheniensium parte ipsis legibus nondum ab ullo scriptore per litteras edi-

---

1) De Harpocrat. font. p. 83.

2) Jhbb. f. Phil. Suppl.-Bd. XII. p. 325.


3) Euripides Herakles I. p. 158 in universum tantum judicat: „Von seinen (sc. Didymi) Arbeiten über die Redner steht nicht wenig bei Harpocration."

4) Aristot. pseudepigr. p. 426.

5) cf. Cohn l. l. p. 340.

tis usus est. Qui liber Didymo ad λέξεις τραγικήν et κωμικήν conscribendas fons maxime egregius exstitit et ab hoc e copia orationum comoediarumque etiamtunc superstitum auctus locupletatusque est. Didymi opus a Pamphilo receptum et Harpocrationi, Polluci, lexicis rhetoricis oblatum est. Illi (Harp. Poll.) quia in fonte saepius Aristotelem nomine laudatum invenerunt, occasionem insignem multa pleniora e fonte primario hauriendi praetermittere noluerunt; itaque sua quisque ratione fonti inde supplendo studuerunt. Haec (lex. Seg. Phot. Suid.) nobis varie discerpta et mutilata et contracta frustula Pamphileae cenae opulentissimae praebent. Vestinum, Pamphilum excerpentem, Psello praesto fuisse conicere audeo.

Fini opusculi mei stemma, quod dicitur, delineatum addam, ut, per quos rivulos Aristotelem in posteriorum, qui aetatem tulerunt, libros derivatum esse mihi fingam, uno aspectu ante oculos habeas.



Index glossarum.

Addenda et corrigenda.

Leviores typographi errores, qui ad interpunctionem, accentum, aspirationem potissimum spectant, cum a quovis facile corrigi possint, non collegi. Ipsum me in virgulis addendis et omittendis non certam semper legem secutum esse non ignoro. Plura interpungendi signa, quam necesse erat, adjeci, quo sententia dilucidior evaderet. Quae signa si supervacanea fuerint, facile in legendo delebis, si cognitionem rei faciliorem reddiderint, mihi non succensebis.

Ad cap. I. Ne quid praetermisisse videar ex eis argumentis, quae alii viri docti praeter Wilamowitzium congesserunt, ut docerent Aristoteli librum quendam litteris jam editum praesto fuisse, mihi Br. Keilium (die solon. Verfassung in Arist. Verfassungsgesch. Athens p. 231 cum ann. 1) non neglegendum esse credo. Quamquam eius argumentationem probare non possum, quae his fere continetur rebus. Saec. IV ineunte teste Lys. 17. 5, 8 δίκαι ἐμπορικαί neque ἔμμηνοι fuerunt, neque thesmothetis dijudicandae traditae sunt, sed nautodicis. Saec. IV medio teste [Dem.] 7. 12 hae ipsae causae ut intra mensem vertentem dijudicarentur, necesse erat. Aristot. 52. 2, ubi alias δίκας ἐμμήνους enumerat, has silentio praeteriit et 59. 5 thesmothetarum jurisdictioni cum alias tum has attribuit. Ergo Keil sibi recte inde conclusisse videtur, Aristotelem fonte ante 342 edito, quo anno oratio ps. Demosthenica habita esset, usum esse. Verum enim vero loco priore (52. 2) non **omnes** δίκας ἐμμήνους enumeratas esse, sed eas tantum, quae ad jurisdictionem εἰςαγωγέων pertinerent, Aristoteles ipse in medium protulit. Disertis enim

verbis paullo post annotavit: οὗτοι μὲν οὖν — sc. οἱ εἰςαγωγεῖς — ταύτας δικάζουσιν ἐμμήνους εἰςάγοντες. Quam ob rem non intellego, cur Keilio inde fons anno 342 antiquior concludendus fuerit. Aristoteles sicut cum [Dem.] 33. 1 congruit, qui lege nisus τοῖς ἐμπόροις εἶναι τὰς δίκας πρὸς τοὺς θεσμοθέτας contendit, ita [Dem.] 7. 12, qui has κατὰ μῆνα nominat, saltem non contraria docet. Quod autem in cap. 59 non legimus ἐμπορικὰς δίκας ἐμμήνους fuisse, philosopho jam hanc ob rem non opprobrio dare possumus, quia similis peccati veniam saepius a nobis impetravit. Itaque veri simillimum restat, quod antea conjecerunt (Meier-Schömann-Lipsius, Att. Proc. p. 97) et Keil frustra impugnavit, δίκας ἐμπορικάς, simulatque ad thesmothetas delatae essent, ἐμμήνους factas esse.

Ad p. 10 sq. Si librum R. Reitzensteinii (Geschichte der griechischen Etymologica, Leipzig 1897) plenum doctrinae et acuminis paullo ante perlegere mihi licuisset, multa in hac paragrapho aliter disputassem. Nunc, cum typographus urgueat, ne in addendis quidem annotare possum, quantum novi inde addidicerim. Sed summa sententiae meae non tangitur neque desino contendere, locos Et. M. ad res publicas judicialesque Atheniensium pertinentes minimi esse momenti comparatis aliis et lexicis et scholiis.

Ad p. 36. In glossa Harpocrationea s. v. εὐθύνα a me exscripta intercidit littera γ initio vocis γνήσιος.

Ad p. 43 ann. I. Voci κοινῇ jota adscriptum reddendum est.

Ad p. 52. Quae Victor Hahn in commentariis societatis philologae Leopolitanae a Lud. Cwikliński editis, qui inscribuntur „Eos“ (vol. III. fasc. 1. p. 114 sq.), contra Wilamowitzium disputavit, mihi hoc demum anno e censura Z. Dembitzerii (Wochenschr. f. klass. Phil. 1897. p. 181) innotuerunt, cum dissertatiuncula mea jam praelo data esset. Quantum ex enarratione argumenti a Dembitzerio confecta intellegi potest, Hahn gravissimum adminiculum sententiae Wilamowitzianae in verbis Poll. VIII. 85—92 cum Aristot. cap. 55—61 comparatis positum non labefactasse videtur. Pollucem ad ceteros libros conscribendos praeter usitata posterioris aetatis lexica

peculiares libros, qui de hac ipsa re, quam enarraturus esset, egissent, adhibuisse constat. Quam ob rem non modo non mirum est, artis rhetoricae magistrum in libro VIII conficiendo idem consilium persecutum esse, sed contra miraremur, si hoc non fecisset. Quae cum ita sint, non nimis mihi dolendum esse puto, quod huius libri inspiciendi occasio mihi non oblata est.

Ad p. 57 ann. 2. In voce ἀπαιτεῖ accentus desideratur.

Ad p. 64. Ad frustula lexici rhetorici, e codice Sabbaitico saec. XIV a v. d. A. Papadopulo-Kerameo a. 1892 edito (Журн. мин. народн. просвѣщ. 1892 апрѣль и май. Отд. классич. филол. стр. 1—60) animum meum attendi, cum opusculum jam domo ablatum esset. Ad nostram quaestionem locupletandam quamquam haec farrago nullius est momenti, tamen, ne quid desideretur, in his addendis, si quae glossa, de qua in dissertatione dixi, in lexico illo Sabbaitico invenietur, notabo. Sic glossa ἕνδεκα lexici Sabbaitici p. 58. 22 plane congruit cum Et. M. 338. 31.

Ad p. 74. In loco Aristot. 59 lege προγράψαι.

Ad p. 76. In loco ex lex. Seg. exscripto legendum est ἐπιμελητῶν.

Ad p. 97. Lex. Sabbaiticum a Papadopulo-Kerameo editum p. 60. 18 glossam ἐν Φρεατοῖ indidem habet, unde Et. M. 344. 25, h. e. ex Harpocrationis epitome.

Ad p. 102/103. Nuperrime huc allatus est novissimus Actorum societatis litterarum Gottingensis fasciculus, in quo C. Frerichs et G. Wentzel e codice Atheniensi saec. XVI seriem glossarum nonnullarum publici juris fecerunt, quas e lexico Photiano promptas esse suspicantur (Nachrichten der Gött. Gesellsch. d. Wiss. phil.-hist. Classe. 1896 p. 309—341). Ibi glossa ἀδικίου bis explicatur: 334. 4 et 334. 14. Priore loco (344. 4) cum verba Harpocrationea repetantur, loco posteriore (344. 14) interpretatio lex. Seg. V. 199. 32 profertur.

Ad p. 110. Codex Atheniensis a Frerichsio et Wentzelio editus in voce ἀγορανόμοι p. 324. 1 interpretanda lex. Seg. V. 199. 24, in voce ἀγορανομίας p. 323. 30 lex. Seg. VI. 330. 17 secutus est.

Ad p. 120. Lex. Sabbait. 48. 25 = Suid. s. v. διαιτητάς; ib. 50. 1 = Lex. Vind. 43. 1 = Suid. s. v. διαιτηταῖς = Harp. s. v. διαιτηταί.

Argumenta.

